

CHARTARIVM
D E R T O N E N S E.

CHARTARIVM DERTONENSE

NVNC PRIMVM EDITVM

E CODICE REGIAE TAVRINENSIS BIBLIOTHECAE

AB

LVDOVICO COSTA.

Idem praefationem, chartarum argumenta fecit, et indices.



AVGVSTAE TAVRINORVM M. D. CCC. XIIII.
APVD VIDVAM POMBAM ET FILIOS.



AMPLISSIMO ORDINI

CIVITATIS DERTONAE

Marchioni Aemilio Signoris Bvrvntio Bvsseti

Carolo Vbaldo Tedeschi

DVVMVIRIS

Baroni Petro Antonio Cavalchinio Garofoli
Eqviti Petro Frascaroli
Caietano Brenasi, *doctori*
Lavrentio Vacchini, *doctori et archiatro*
Ioanni Baptistae Ferrari
Francisco Molinelli *iuriscons.*
Benedicto Pedemonti
Caesari Leardi

DECVRIONIBVS

Ioanne Baptista Signorio *ab actis*

Lvdovicvs Costa

Cum primum Augustae Taurinorum iuri operam darem, felici plane, fortunatoque eventu effectum est,

ut virum tum doctrina, cum humanitate praeclarum invenerim, qui me proclivum Diplomaticae, Palaeographiae, ac Antiquitatis studiis cernens gressus meos dirigere caepit. Quot auxilia, quot commoda, quot consilia suppeditaverit non ita facile dicere queam. Tanta enim erat viri egregii in me sollicitudo, ut vel deambulantem doceret. Optimorum librorum lectionem suadebat; quod industrie adeo agebat, ut avide legentem quae proponebat, alterius libri, quem a me legendum constituerat, laudibus alliceret.


Hisce sollicitudinibus ardens Patriae Historiae amor, in me excitatus est:

quare statim laboribus vigiliisque meis eamdem pro viribus illustrare constitui. Itaque Dertonense Chartarium descripsi, quod nunc, Amplissimi Viri, Vestro Nomine insignitum publicam lucem adspicit. Et revera nemini magis quam Vobis illustria haec antiqui Vrbis Dertonae splendoris ac potentiae testimonia erant nuncupanda. Igitur qui iucundis hisce studiis delectantur multa hinc haurire possunt, quae ad rerum Patriarum notitiam assequendam plurimum iuvant; hinc praeterea tum sacra, cum profana Antiquitas novam lucem adipiscitur.

Quamobrem id a Vobis, Amplissimi Viri, etiam atque etiam peto, uti

summmae erga Vos observantiae significationem, benigne hoc munus excipiatis: cuius in me beneficii ea erit vis, ut ad novos suscipiendos huiusmodi labores veluti stimulis incitatus animum adiungam.

Augustae Taurinorum. Kal. Novembris. MDCCCXIV.



An̄no dn̄i c̄ incarnacionis
millessimo. centesimo octu
agesimo quinto indicione ter
cia. die septēbris. Cum consules ter
done leuarent grondonam dn̄i om̄s
de grondona. uidelicet guilielm̄
pauesius. et guido fr̄ei et mā fredus fi
lius oberti. et gualterius filius fulco
nis.

PRAEFATIO.

Tribus ab hinc annis de Chartario Dertonensi edendo cogitaveram: fuit enim et mea in antiquitatibus medii aevi exercitatio prima, et ad difficiliora quidam quasi apparatus. Sed placuit expectare dum pluscula alia in commentarios referrem. Chartas omnes, una excepta, continet codex membra-

naceus qui est in Regia publica Bibliotheca Taurinensi. Dixi, una excepta, *nam quae ultimum editionis tenet locum, eam ex membrana authentica, uti titulus admonet, descripsit V. C. Iosephus Vernazza Baro de Freney, idem ipse quem et in epistola ad Duumviros et Decuriones Dertonenses indigitavi, et hic honoris causa nomino. Ea vero apud me est, dono data ab Iosepho Antonio Bottazzio, qui optime iam de patria urbe meritus est librum edens cui titulus* Le Antichità di Tortona. *Illam porro labori meo adnectere iuvit, tum uti reverentiam praeceptori adhiberem; deinde ut rem Bottazzio meo gratam facerem; po-*

stremo ut Chartarium in monumento historiae Dertonensis sane praeclaro desineret.

Nulla est in codice charta saeculo undecimo vetustior, nulla decimotertio recentior. Codex autem saeculo XIV *exaratus videtur. Characteris addidi specimen, ut si meae quis de codicis aetate sententiae non faveat, ipse pro lubitu iudicium ferre queat. Me nempe illorum in numero haud esse profiteor, qui primo codicis alicuius adspectu, eiusdem aetatem repente definire paesumunt: quaequidem res difficilis admodum, ne dicam impossibilis est: quique faciliorem praedicant, ii rerum antiquarum scientia plerumque minus callent. Tanta*

enim in unius saeculi curriculo scripturae differentia cernitur, ut ex eadem vix aliquid certi statui posse videatur. Hinc eos pseudosapientes irrideo, qui veteres scripturas non modo quo saeculo, sed quo fere anno sint exaratae se nosse iactitant: quos hariolos quidem aptius quam palaeographos vocari posse, nemo prudens negaverit.

Nullum sibi librarius in membranaceo codice ordinem proposuit. Singulas, prout ad manus quaeque erat, chartas descripsit. Ego vero librarii veteris consilio neglecto, chartas omnes iuxta seriem temporum collocavi: iis ad calcem reiectis, quibus nec dies, nec annus esset appositus. Nam qui

Vlciensis Ecclesiae Chartarium publici iuris fecerunt, quum chartas ita uti stabant in apographo unam post aliam rescripsissent, incommode plane fecisse dicendi sunt. Rationem autem scribendi, eam ipsam quae est in codice, servavi adamussim; doctorum virorum diligentiam imitatus, qui ne unam quidem in antiquis monumentis describendis litterulam patiuntur immutari. Celebre satis est LITERVLAE MVNVSCVLVM *quod Ciampinius vir apprime eruditus anno* mdcxciii *Erasmo Gattolae misit: illud erat vocis unius correctio in sermone* vii *sancti Leonis Magni de nativitate Domini. Quamobrem satius duxi cum autographo*

errare, quam elegantiae studio veritati nocere.

Saepe factum est ut membrana codicis pura sit. Id nempe aut prioribus exemplaribus, quorum verba forte aliquot situs absumpsit, est tribuendum; aut eiusdem librarii modestiae, qui loca obscura et difficiliora ommittere maluit, quam pro ingenio et licenter supplere. Et esset revera optandum, ut omnes qui antiquis scripturis describendis operam navant, librarii nostri temperantiam sequerentur. Loca membranae purae indicata sunt in mea editione siglis m. p. l.

Singulis chartis earum argumenta praeposui. Indicem praeterea confeci,

nominibus personarum, a nominibus locorum varietate characterum discretis.

Non deerunt fortasse qui optavissent ut notis et animadversionibus illustratum prodiret chartarium: sed a vulgari consuetudine abire ideo visum est, ne res iam cognitas chartis illustrandis adhibeam; quum potius hae ipsae chartae rebus nondum cognitis probandis adiumento esse debeant: quamobrem quum agri Dertonensis historiam fusiori calamo conscriptam praelo committam, eadem supellectile uti licebit.

Editus a me codex olim in patrio Tabulario exstabat: neque scriniis Bibliothecae Taurinensis prius accessit, quam Iulia Augusta Dertona in

Sardiniae Regum potestatem veniret.

De praestantia chartarum quae in hoc codice continentur, nihil est quod praedicam. Quantam patriae historiae lucem afferant, viri docti per se videbunt; pro indoctis autem scribere minime vacat.

CHARTARVM ARGVMENTA.

Earum aliquas, sunt autem septem solae, Moriondus in rudem illam et indigestam molem inseruit, cui monumenta Aquensia *prodige nomen fecit. Quae quales sint, littera maiuscula* M *in argumenti margine praemonstrabit.*

Charta I — MLXXXI — Pagina I

indictione IIII. *Ita nempe scriptum probabiliter fuit in autographo. At librarius in codice totis litteris descripsit* tercia.

die XVIII martii

Actum infra castro Precipiani.

M Guido marchio, clericus, filius quondam Alberti, accepisse fatetur *argentum denariorum bonorum libras sexcentas*, a Giruino subdiacono, cui vendit medietatem castrorum quattuor in comitatu Dertonensi. Haec sunt: Grondona, Catorba, Mons morixinus, Nazanum.

Notarius: Gualfredus iudex sacri palatii.

II — MCXXII — 4

indictione XV, die XXX augusti.

In palacio sancte Terdonensis ecclesie.

Petrus episcopus Dertonae cedit Consulibus eiusdem civitatis beneficium *montis Arimanorum cum castro super se habente.* In ima huius montis parte oppidum

C

est quod Serravalle nuncupatur. Nomina Consulum: Opizo de Mediolano, Lanfrancus Vicecomes, Obertus Iudex, et Saboridus. Pretium: *librae* LX *denariorum bonorum papiensium*. Ea lege cessio facta fuit, uti episcopo ac suis successoribus liceat eodem monte et castro potiri, si quod contra ipsos oriatur bellum. Hoc autem composito, populo Dertonensi montem et castrum reciperandi ius esto. Si Dertonenses sint a rerum cessarum possessione turbati, episcopus solvat *centum libras argenti puri*.

Notarius: Petrus.

III MCXLIX 7

indictione XI, die XXIIII aprilis.

Dies iste erat dominicus. Id. notandum censeo, si qui forte in librarii scriptione lateat error. Nam indictio anni MCXLIX *erat* XII.

Actum in loco Cassiani

Anselmus, Crivellarius, Petrus, Mainfredus, Oglerius germani, filii quondam Ansaldi, et eorum mater Richelda, alterius quondam Ansaldi filia, donant civitati Dertonae *castrum et burgum et curtem Cassiani, et montem et curtem Briontis.* Donationem acceptant Consules Dertonae, scilicet Conradus de Mediolano, Petrus Borellus, Guido Capellus, Nicolaus et Rubaldus de Carlaxe, Albertus de Falavello, et Anricus.

Notarius: Guilelmus.

IV MCLXXII. 9

Indictione v, die vii novembris.

In ciuitate Terdone in episcopali caminata.

Donatio *montis legalis* qui olim *de la furca* appellabatur; quam faciunt Marinarius filius quondam Didonis de *Vico peculo*, eius nepos Bonifatius filius quondam Vernacii proprio et suorum fratrum nomine, Obertus Episcopus de *Monte morixino*, Tedixius de Colombax, Rubaldus, et Henricus filius quondam Teti, favore Oberti Dertonensis Episcopi et comitis, ac *tocius terre presidis*, et Consulum Dertonae. Montis possessionem Episcopus et Consules adprehendunt; et eiusdem investituram donatoribus concedunt. Hi iuramentum fidelitatis praestant. Dertonensium Consules: Gualterius de Mediolano, Obertus de Carlaxe, Guido Falavellus et Nicolaus Iudex.

Notarius: Nicolaus.

V MCLXXIV. 12

Indictione viii (vii scribendum fuerat)

Die xvi novembris, qui dies erat sabbati.

In loco de Menconico in caminata marchionum.

Conradus *da Milano*, Ydo Iudex, et Dolius consules Dertonenses quum duos mansos *de terra in Bozoledo* Opizoni marchioni iamdiu dedissent, eidem se daturos promittunt ad proximum Paschatis festum, molendinum apud Dertonam, domum et furnum. Viceversa Opizo

promittit Consulibus, se vineam prope Dertonam empturum arbitrio Sigebaldi de Pontecorione, et Sigebaldi de Sarzano.

Notarius: Ioannes Rubeus.

VI Exemplar est concordiae praecedentis. 15

VII MCLXXVIII. 18

Indictione xi, die xv septembris.

In Terdona in communi consilio ad schillam sonatam.

Domini de Montaldo, quorum nomina non produntur, Consulibus Dertonae Sigebaldo de Sarzano, Oberto, Caguetio de *Buxedo* et Bernardo de Abel tradunt *Castrum Montaldi.* At Consules iisdem dominis castrum ipsum in feudum reddunt.

Notarius: Georgius.

VIII MCLXXIX. 22

Indictione xii, die xxviii iulii.

In Ciuitate Terdone.

Petrus Trovamalum, Potestas Dertonae, et Buscus, Aribertus Falavellus, Arilonus et Aldricus Rovedus eiusdem civitatis Consules, solvunt Hospinello de Arquada *tres centum viginti libras et duos denarios*: et idem Hospinellus Potestati et Consulibus tradit *Castrum montilarii*: declarans velle, se et suos descendentes esse Cives Dertonae.

Notarius: Georgius.

IX MCLXXXI 24

Indictione XIV, die XII aprilis.

Ima instrumenti verba desunt. A summis haec habentur.

Albertum Lecum, Cunradum, Albertum et Guilielmum Papiensem dominos Grondonae se se subiecisse Potestati et Consulibus Dertonae, et habuisse ab iisdem quemdam montem qui Grondona nova, olim Axerellum vocabatur. Potestas erat Lanfrancus de Beccaria: Consules autem Obertus Episcopus, Arverius de *Buxedo*, Gandulfus Musus, Obertus de Carlasio, Bernardus Pesatus, et Malpaxutus.

X MCLXXXI. 25

Indictione XV (*immo* XIV) die X septembris.

Actum in Terdona

Albertus *Vescouus*, Guilelmus, Tedixius, Bonacursus et Resonatus tradunt Lanfranco Beccaria, qui Potestas erat Dertonae, et Gandulfo Musso, Oberto de *Carlaxio* et Malpaxuto, qui Consules erant Dertonensium, possessionem Castri *Montis Morixini.*

Notarius: Georgius.

XI MCLXXXIII. 28

Indict. I. *Dies non est adiectus, qui fuit IV februarii.*

Priuilegium domini Frederici Imperatoris.

Acta pacis inter Dertonenses et Fridericum Aenobarbum in hac charta continentur; quae Damilanius, et

Muratorius, et Bottazzius ediderunt.

Praecipuae pacis conditiones hae sunt. Imperator se amplius non destructurum urbem Dertonam spondet. Deinde promittit se a Dertonensibus maiora tributa non exacturum quam quae a Papiensibus solvuntur. Reddit denique Dertonensibus Villas et Castra quae quoquo modo distraxerat.

Sequitur sacramentum fidelitatis a Dertonensibus praestitum ipsimet Friderico, eius filio Romanorum Regi Henrico, ac Beatrici Augustae.

XII MCLXXXIV. 33

Indictione II, die XII martii.

Duae factiones erant Dertonae: Vna Anfusii et Accatapani: altera Pasturelli. Arverius *de Buxedo*, eiusdem filius Guilelmus, et Bernardus *de Guidobono* Anfusii partes amplectabantur. Partibus Pasturelli accedebant Corolii et Pascemasnati. Ex parte Anfusii quidam vulnerati, et interfecti fuerunt. Dissidiis huiuscemodi Guarnerius, et Salinguerra Consules Papienses, atque Gualterius *de Milano*, Ioannes Iudex, Caxanus et Bulgarus Dertonensium Consules hoc modo finem imponunt. Iubent in primis Anfusio, Accatapano et eiusdem filio, eorumque sectatoribus ut a Dertona et eiusdem districtu discedant; neque Anfusio, Accatapano et filio liceat reverti per spatium annorum sex; sectatoribus vero usque ad proximam Dominicam Palmarum. Prohibent praeterea Arillono et eiusdem filio, ne habitent in

quadam domo quae fuerat *de Baltegazuviis*, et ne aedificent *betefredum*, *uel bertiscam et turrim*. Quorundam armorum usu sectatoribus Anfusii et Accatapani interdicunt. Poena solidorum quinque constituta, qua mulctentur legem violantes. Praecipiunt demum ut fenestrae domus Anfusii calce claudantur.

Notarius: Guilelmus.

xiii MCLXXXV. 37

Indictione iii, die vii aprilis.

In palacio sancti saluatoris Papie

Erant dissidia inter Dertonenses et Marchiones *de Gauio*. Vt illis finis imponeretur, Fridericus Imperator litis arbitrium in semetipsum transtulit. Ydo imperialis aulae iudex, Albertus Barata, et Clapucius *de Carlaxio* Consules Dertonensium atque Guilelmus Marchio *de Gauio* spondent se Imperatoris sententiae assensuros. Hinc Imperator iubet Dertonensibus reddi praedam quam fecerunt (Marchiones *de Gauio*) *in strata uallis syrpie*, et ut negotiatoribus Italiae liberum iter sit per viam qua Gavium versus itur.

Notarius: Arverius.

xiv MCLXXXV 39

Indictione iii, die xv iulii.

Actum in Terdona.

Lanfrancus Turcus, Bernardus de *Abel*, Azo Salvaticus, Albertus Barata, de *Carlaxio* Consules Dertonen-

sium, Mediolanenses in agro Dertonensi iter agentes se protecturos promittunt. Item si aliquod damnum euntibus et redeuntibus Mediolanensibus illatum sit id a Dertonensibus sarciendum esse constituunt.

Notarius : Guilelmus.

XV MCLXXXV. 42

Indictione III, die III septembris.

Actum in Terdona.

Guilielmus Pavesius, Guido frater eius, Manfredus filius Oberti, Gualterius filius Fulconis, et Albertus, castrum Grondonae possidebant, fidelitate marchionibus de Gavio debita. At nunc Guilielmus Marchio de Gavio, et Guido Guilielmi nepos, dominis de Grondona praecipiunt uti castrum illud Consulibus Dertonae tradant. Cautum tamen, ne de loco Grondonae bellum fiat contra marchiones Gavii.

Notarius : Iohannes.

XVI MCLXXXX. 45

Indictione IX (*Scribendum* VIII.) die XXV maii.

In Castro nouo intus plebem.

Lanfrancus de Montemerlo, Guido Curolus, Rodulphus Falauellus, et Bensus Crexentius Consules Dertonae vetant hominibus Copariae, ne quid agant cum Papiensibus, quod Castrum, vel Villam Copariae respiciat, nisi auctorantibus Consulibus sub poena *ducentarum librarum papiensium*.

Notarius: Petrus.

XVII MCLXXXX. 47

Indictione . . . . Die XXI maii.

Actum in Terdona.

Caldelarius *de Serrauallo* declarat Ioanni Iudici, Bulgaro, Arverio et Remusso Consulibus Dertonae terram et vineam a semetipso venditam Bastardo *de Serraualle* esse comprehensam in feudo Serravallis, et vineam cohaerere communi Dertonae, et terram Creco cuidam et Iohanni.

Notarius : Rufinus.

XVIII MCLXXXXII. 48

Indictione x, die XXI maii.

Promissio quam plures Castellani faciunt intermediantibus Marchionibus *de Palodio et de Gauio* de parendo Potestati et Consulibus Dertonae.

Notarius : Iohannes.

XIX MCLXXXXII. 51

Indictione x, die XXIX maii.

Actum in Terdona.

M Manfredus Scaciga, Marescotus, Iacobus de Gonella, Bellengerius de Cauanna, et Obertus Blancus Consules Novarum patrocinium tutelam, et auxilium Dertonensibus promittunt. In huius promissionis praemium Consules et Potestas Dertonae liberant Novenses ab obligatione *habitaculi* civitatis, qua adstringebantur erga Dertonenses.

Notarius : Georgius.

XX MCLXXXXII. 55

Indictione x, die ix augusti.

Actum in Terdona.

Arlinus de Montaldo tradit titulo donationis Thomae Potestati Dertonae et eiusdem civitatis Consulibus quamdam domum quam possidebat *intra castellarium de Serrauallo.* Idem Arlinus promittit se effecturum ut eius uxor donationem ratam habeat.

XXI MCLXXXXVI. 56

Indictione xiv, die xxix octobris.

Actum in Terdona

Obertus et Manfredus filii quondam Simeonis de Moniardino tradunt Alberico Suavi, Guidoni Curolo, Guasconi Falavello, Iohanni Iudici, Petro Gallo, Rubaldo Malpaxuto, et Aimerico Ambrosii Consulibus Dertonensium possessionem castri Montis iardini, *cum omni honore et districtu.* In huius traditionis remunerationem accipiunt praedicti fratres a communitate Terdonae ducentum *libras denariorum bonorum papiensium.*

Notarius: Sigebaldus.

XXII MCLXXXXVII. 59

Iudictione xv, die xvii maii.

In Castronouo in ecclesia sancti Petri.

Oglerius de Castronovo Consul Dertonae vetat Thedixio de Bagnaria et eius fratri Sigebaldo sub poena *ducentarum librarum papiensium* ne aliquam inve-

stituram *nec datum* faciant *de carariis de Coparia alicui homini de Papia.*

Notarius: Petrus.

XXIII MCLXXXXVII. 61

Indictione xv, die XXVIII iunii.

In loco Varcii.

Quidam homines *de curia domini Alberti Marchionis Malespine et nepotum*, et plures *de Valde Trebia* promittunt servare pacem initam inter iam dictos Marchiones et Dertonenses: quae pax respiciebat Montem iardinum, et *Vallem de Bolberia.*

Notarius: Sigebaldus.

XXIV MCLXXXXVII. 66

Indictione xv, die III iulii.

Actum in Terdona.

Otto Dertonensis Episcopus et Comes recipit a Guilelmo de Moniardino et ab eiusdem filiis castrum Montis iardini et *curtem*, *et districtum*, atque pro dimidia parte eiusdem castri facit investituram favore Alberti Marchionis Malaspinae et Nepotum, pro altera dimidia favore communis Dertonae.

Huius chartae meminit Ughellus. Ital. Sac. Tom. IV col 636.

Notarius: Sigebaldus.

XXV MCLXXXXVII. 72

Indictione xv, die XIX septembris.

Actum in Terdona

Anselmus de Tignoso promittit redire Dertonae pro

obside quandocumque iubebitur. Promisso non adimpleto solvet quatuor centum *libras*. Plures in charta memorantur qui fideiussores accesserunt.

Notarius: Bazacus.

XXVI MCLXXXXVIII. 74

Indictione I, die XX decembris.

Remussus et Guido Curolus Consules Dertonae faciunt favore *illorum de Giugnano et de Gatorba* investituram sediminum *quae iacent in* mercadili Serravallis.

Notarius: Rolandus.

XXVII MCLXXXXIX. 77

Indictione II, a die XXIX aprilis, ad diem V maii. Iohanne Iudice, Guasco Fallavello, Oberto Scopello, Burgaro Suavi, Guidone Curolo, Arverio de Ausona, Iohanne Pascemasnata, Remusso de Buxedo et Lanfranco de Rovedo Consulibus Dertonae; Opizo Sigebaldi, Nicolaus, et Iacobus eiusdem filii, Norandus filius quondam Litulphi, Candelarius, Vgo, et Arlotus eiusdem filii veneno necare conati sunt *Turrexanum et servientes* Castri Serravallis, ut Castrum illud Dertonensibus auferrent. Ob hoc crimen mortem oppetere debebant, at per intercessionem Ottonis Episcopi Dertonae, Abbatis Ripaltae, et Abbatis de Lucedio capitalis poena commutata fuit cum cessione omnium iurium quae predictis delinquentibus competebant in castro Serravallis, et cum *dato de uniuerso alodio quod habent in quo-*

cumque loco. Consules Dertonenses praeterea concedunt iam dicto Opizoni Sigebaldi, et eius heredibus in feudum bona omnia alodialia quae ab hominibus Montiscaprarii iampridem cessa Dertonensibus fuerunt.

Omnes vero delinquentes promitunt obedientiam Consulibus Dertonensibus, atque promissum iuramento firmant, stipulata etiam, accedentibus fideiussoribus, poena *tercentarum librarum denariorum bonorum papiensium* si aliquid contra promissa agerent.

Notarius: Arverius.

XXVIII MCC. 86

Indictione III, die XX maii.

Actum subter S. Mariam de Puzolo in Prato.

M Albertus Marchio Malaspina et eius nepotes conveniunt cum Guilelmo Devoto, et Alberto de Ecclesia Consulibus Dertonae de simul tenendo *consortile de Castro Moniardini, et de tota val de Bolberia.*

Notarius: Rufinus.

XXIX MCCIII. 88

Indictione VI, die XXVIII martii.

In Alexandria in Palatio Consulum

Nicolaus de Fore, Conradus de Ocimiano, Paganus de Puteo, Obertus Nata, Vbertus de Fore, Iohannes Gratonus, Mussus de Sambuello, Balduinus de la Turre, Rufinus de Bellono Guido de Plovera, Iacobus de Tebaldonis, Guilelmus de Pelatis, Buca Fura, Man-

fredus de Guaseis, Magister Silus, et Rufinus de Curniglia Consules Alexandriae, atque Sigebaldus de Domino Buscone et Remussus de Buxedo Consules Dertonae sibi invicem mutuum auxilium promittunt.

Notarius: Vescontus.

xxx MCCIII. 93

Indictione vi, die xxi iunii.

Actum in Terdona.

Conventio inter Dertonenses et negotiatores Mediolanenses quae respicit *Pedagium siue Toloneum* a Mediolanensibus exsolvendum Dertonensibus. Leges conventionis in hoc praecipue consistunt, ut Dertonensibus non liceat plus petere et exigere quam xxiii. *denarios papiensis monete pro soma maiori et denarios xx. pro soma minori.* Hoc etiam additur quod si damnum patiantur Mediolanenses transeundo per viam iisdem a Dertonensibus assignata, id a Civitate Dertonae sarciendum sit.

Notarius: Vbertus.

xxxi MCCV. 98

Indictione viii, die xv iulii.

In Terdona in Ecclesia maiori.

Bonifatius, Berguntius et Rainerius, domini Naxiani, tradunt Iohanni de Mediolano, Guidoni Curolio, Petro de Carlaxe, Cavalcaecontio, et Petro Falavello Consulibus Dertonae possessionem rerum omnium ad eos

pertinentium in *Puteolo* de *Gropo*.
Notarius: Obertus.

XXXII MCCV. 100

Indictione VIII, die XV iulii.
In Terdona in Ecclesia maiori

Promissio Iozoli et Nicolai fratrum, Consulibus Dertonensibus Iohanni de Mediolano, Guidoni Curolio, Petro de Carlaxe, Cavalcacontio, et Petro Falavello facta, de non vendendo, donando, vel quoquomodo alienando iure quod ipsis competit in castro vel in curia *Puteoli de Gropo*.
Notarius: Obertus.

XXXIII MCCVI. 102

Indictione IX, die VII februarii.
In Terdona in Ecclesia maiori.

Turcus Potestas Dertonae tradit Ottoni marchioni *de Bosco* dominium trium partium medietatis *de Bosco* pro pretio librarum CXVII. Partes tres quas Otto titulo dominii adquirit iam idem tenebat in feudum. Hoc eodem actu praedictus Turcus alias tres partes eodem Ottoni in feudum concedit.
Notarius: Rufinus.

XXXIV MCCVI. 105

Indictione IX, die XXVII iulii.
Obertus de Darnisio et eius frater Vbaldus coram

Opizone de Pocasal, Potestatis Dertonae vicem sustinente se se subiiciunt Potestati et Consulibus Dertonensibus. Hoc idem agunt Consules Castri Darnisii, et quidam alii de Darnisio.

Notarius: Odo.

XXXV MCCVII. 107

Indictione X, die I iunii.

Actum in Terdona

Sacramentum fidelitatis quod Dertonensibus faciunt Caput vitelli de Savegnono, Girardus et Ogerius pro quodam feudo.

Notarius: Rainerius.

XXXVI MCCX. 108

Indictione XIII, die I augusti.

Actum in Terdona

Asallitus de Moniardino coram Ottone de Mandello Potestate Dertonae tradit Dertonensibus partem castri Montis iardini quae ad eum spectabat Hac traditione fit ut quibus delictis erga Dertonenses reus erat Asallitus, iisdem absolvatur; quin imo vicissim sibi promittunt mutuum auxilium.

Notarius: Iohannes

XXXVII MCCX. 114

Indictione XIII, die XI augusti.

Actum in Terdona

Opizo de Belforte, et Rufinus eius consanguineus se

se adstringunt ad cedendum infra unum mensem Dertonensibus castra quae possidebant, et ad auxilium Dertonensibus suppeditandum, et hoc sub poena *librarum* sexcentum. Eadem obbligatio iniungitur Bernardo de Belforte, sub poena librarum centum.

Notarius : Iohannes.

XXXVIII MCCX. 117

Indictione XIII, die XII augusti.

In Garbanea

Caput vitelli de Savegnono, Ogerius et Guilelmus promittunt se assensuros sententiae quam pronuntiabit Otto de Mandello Potestas Dertonae, quoad quasdam iniurias ab iisdem in Dertonenses perpetratas.

Notarius : Iohannes de Bronio.

XXXIX MCCX. 118

Indictione XIII, die XXIX augusti.

Actum iuxta castrum moniardini

Quidam homines de Moniardino se se subiiciunt Ottoni de Mandello Potestati Dertonae uti iam fecerat Asallitus de Moniardino.

Notarius : Rufinus.

XL MCCX. 120

Indictione XIII, die I septembris.

Actum in Terdona

Girardus et Corbellus de Savegnono se se subiiciunt

Ottoni de Mandello Potestati Dertonae.
Notarius : Albertus.

XLI MCCX. 121

Indictione XIII, die XVII septembris.

Actum in peradiso ante Ecclesiam maiorem

Simon de Moniardino promittit parere sententiae Ottonis de Mandello Potestatis Dertonae quam pronuntiabit de quibusdam iniuriis perpetratis in Dertonensibus.
Notarius ; Vescontus.

XLII MCCX. 123

Indictione XIII, die I novembris.

Actum in Terdona

M Civitas Dertonensis emit ab Ottone Marchio de Bosco villam et castrum Puteoli pro pretio centum *librarum denariorum bonorum papiensium*, quas Otto praedictus fatetur se recepisse ab Ottone de Mandello Potestate Dertonae.
Notarius : Sigebaldus.

XLIII MCCX. 126

Indictione XIII, die II novembris.

In loco Puzoli

Otto Marchio de Bosco tradit Guidoni Ranfo, vicem Potestatis Dertonae sustinenti, possessionem Villae et Castri Puteoli.
Notarius : Sigebaldus.

XLIV MCCX. 127

Indictione XIII, die VIII novembris.

Actum in Terdona

M Turcus et Albertus filii Ottonis Marchionis de Bosco venditionem a patre Civitati Dertonae factam Villae et Castri Puteoli ratam habent.

Notarius : Sigebaldus.

MCCX. 128

XLV Indictione XIII.

In glaria iuxta Belegnanum

Obertus de Darnisio et eius frater Vbaldus iurant *sequimentum* Potestatis Dertonae.

Notarius : Sigebaldus.

XLVI MCCX. 130

Indictione XIII, die XXVII novembris.

In glaria iuxta Belegnanum

Conradus Marchio Malaspina tradit Thedisio de Monteacuto, et Oberto de Darnisio, eiusque fratri Vbaldo quidquid adquisivit in *Monteacuto*, *in Grimiasco*, *et in Darnisio*.

Notarius : Sigebaldus.

XLVII MCCX. 132

Indictione XIII, die XXVIII novembris.

Actum in Terdona

Obertus de Darnisio et Vbaldus eius frater promittunt

acquiescere sententiae quam de quibusdam iniuriis erga Dertonensibus ab ipsis perpetratis tulerit Otto de Mandello Potestas Dertonae.

Notarius: Sigebaldus.

XLVIII MCCX. 133

Indictione XIII, die XXX novembris.

Actum in Terdona.

Quam de quibusdam iniuris factis Dertonensibus sententiam tulerit Otto de Mandello Potestas Dertonae illam executioni mandare iuravit Thedisius de Monteacuto

Notarius: Sigebaldus.

XLIX MCCX. 134

Indictione XIII, die XIII decembris.

Actum in Terdona.

Asallitus de Moniardino pactum init cum Ottone de Mandello Potestate Dertonensium de non turbanda Civitate Dertonae in possessione rerum ab ipsa Civitate in castro Moniardini detentarum. Promittit praeterea praedictus Asallitus quod sinet Castellanum Dertonae habitare in caminata Castri Moniardini per spatium unius anni.

Notarius: Sigebaldus.

L MCCX. 136

Indictione XIII.

Actum in Terdona.

Lanfrancus de Clapa relinquit definiendam arbitro

Ottonis de Mandello quaestionem ortam ex eo quod ipse Lanfrancus tempore belli ingressus fuerat castrum Darnisii.

Notarius: Sigebaldus.

LI MCCXI 137

Indictione XIV, die V ianuarii.

Actum in Terdona.

Arverius Consul Dertonae formam sacramenti praestandi a Castellanis Serravallis Alberto Notario scribendam committit, qui demandatum sibi negotium gerit.

Notarius: Albertus.

LII MCCXI. 140

Indictione XIV, die XIII ianuarii.

In loco Puzoli.

Praesentibus Arverio de Ausona, et Bernardo de Guidobono Consulibus Dertonensium, atque Allegro de Milano legato civitatis Dertonae homines de Puteolo declarant singuli singuli quot *Albergarias* annuatim debeant Civitati Dertonae.

Notarius: Henricus.

LIII MCCXI. 146

Indictione XIV, die VI septembris.

In Castro Grondone

Thebaldus Cagna, Guilelmus Ventriculus, Henricus Pavesius, Boquesanus, Manfredus Bastardus, Rufinus

et Albertus iurant parere sententiae quam pronuntiabunt Arverius de Ausona et Azo Rovedus circa dissidium, et quaestionem quae eos inter extabat et dominos Arquatae.

Notarius: Beltramus.

LIV MCCXI. 148

Indictione XIV, die VI septembris.

In Alexandria.

M Drudus Potestas Alexandriae promittit Oberto de Casellis quod vetabit extractionem e districtu Alexandriae *omnium victualium* quousque iis egebit Civitas Dertonae.

Notarius: Iacobus.

LV MCCXI. 150

Indictione XIV, die XXX decembris.

Actum in Terdona.

Sigebaldus de Bagnaria, Thedisius de Monte Acuto, Obertus de Darnisio et eius frater Vbaldus se subiiciunt Potestati et Consulibus Dertonae.

Notarius: Iohannes.

LVI MCCXIII. 152

Indictione I, die XIII aprilis.

In Terdona in maiori Ecclesia.

Promissio Spini de Suresina Potestatis Dertonae annuentibus Guidone bono, Carena, et Opizello eiusdem Ciuitatis Consulibus facta Falcono Scacabarotio, et

Guilfredo Pictori legatis mercatorum Mediolani, de sarciendis damnis quae negotiatoribus Mediolani illata erunt transeundo per agrum Dertonensem.

Notarius: Iacobus.

LVII Deest huic chartae indicatio anni, mensis et diei quibus conscripta fuit. Continet vero acta pacis initae inter Dertonenses et Papienses. 154

LVIII et LIX Sunt fragnenta duarum chartarum. 157 et 158

LX MCCCXL. 159

Indictione VIII, die martis III iunii.

In loco Precipiani.

Populus Dertonae scindebatur in factiones duas. Earum altera vocabatur superior, altera inferior, sive soptana. At principes factionis superioris quum exacti urbe fuissent, se ad vicanos vici Praecipiani receperunt. Itaque foedere cum his icto, auxilia mutua paciscuntur ad factionem adversariorum debellandam, atque Dertonam vi occupandam. Pacem porro Dertonensibus ac Regi Roberto utrique negabunt et inducias neutri dabunt, nisi communi consensione.

Notarius: Antonius Ratus de Opizonibus.



Anno ab incarnacione domini nostri iesu christi millesimo octuagesimo primo. Quinto decimo die kalendarum aprilis. Indicione tercia : Constat me guidonem marchionem clericum. filium condam alberti marchionis. qui professus sum. ex nacione mea lege uiuere longobardorum accepisse sicut et in presentia testium accepi. a te giruino subdiacono filio condam argentum denariorum bonorum libras sex- *m. p. l.* centum. finito precio. pro mea porcione que est medietas de castri. *iiii*. cum turris et muris. cum fossatis et et cum omnibus rebus tam deintus *m. p. l.* quamque et deforis. ad ipsam medietatem pertinentibus iuris mei : quae castra habere uisus sum. infra commitatum terdonensem : Haec sunt grondona. Catorba : monte morixino. Nazano. cum omnibus rebus et cum omni iure. et redditu ad ipsam medietatem pertinentibus.

omnia ex omnibus. in integrum: quam autem istam. medietatem de istis. castris iuris mei superius dicta. una cum accessibus et ingressibus seu cum superioribus et inferioribus suis. qualiter superius legitur in integrum. ab hac die. cui supra giruino. subdiacono. pro *isto. precio. uendo. trado. et mancipo. nulli alii uenditis. donatis. alienatis. obnoxiatis. uel traditis. nisi tibi. et facias exinde a presenti die. tu. aut cui tu dederis. uel habere statueris. iure proprietario nomine. quicquit uolueritis. sine omni mea. et heredum meorum contradictione. quidem respondeo. atque promitto. me. ego qui supra guido marchio. et una cum meis heredibus tibi cui supra geruino. aut cui tu dederis. uel habere statueris. istam. uendicionem. qualiter. superius legitur. in integrum. ab omni homine defensare. quod
m. p. l. si defendere. non potuerimus. aut si no
exinde aliquod per quoduis ingenium subtrahere quesierimus. tunc in duplum eandem uendicionem. ut supra legitur uobis restituamus sicut pro tempore fuerint meliorate aut ualuerint sub exstimacione in consimilibus locis. et nec liceat michi ullo tempore nolle quod uolui. sed quod a me semel factum uel cum scriptum est. inuiolabiter conseruare promitto. cum stipulacione subnixa. et nihil michi ex ipso precio. aliquid dare debere dico: Actum infra castro precipiani: feliciter.

s. m. l. ✠ Ego guido. suprascriptus Signum

manuum. guidonis. seu teizo. atque idonis. testes. Signum. manuum. rubaldi. atque gasonis. testes. *s. m. l.*

Ego Gualfredus notarius. et iudex sacri pallacii. Scriptor huius cartule uendicionis. post traditam compleui. et dedi.

Ego

Die mercurii qui est tercio kalendarum septembris. In palacio sancte terdonensis ecclesie presentia bonorum hominum quorum nomina subtus leguntur. per lignum quod in sua tenebat manu. donnus petrus episcopus. inuestiuit consules terdonensium. qui in illo tempore erant uice tocius populi. terdonensis. uidelicet. opizonem de mediolano. et lanfrancum uice comitem. et obertum iudicem. et saboridum. nominatiue de monte arimanorum cum castro super se habente. cum districto et placito. albergariis condicionibus. curadiis. cum omni beneficio quod nunc habet. et quod in futuro tempore habebit. et totum quod pertinet ad istum episcopum ex parte sancti marciani. in iam dicto monte et castro. in causa beneficii. ad communem utilitatem. et honorem et proficuum tocius populi terdone ciuitatis. et suburbii. ad defendendum episcopatum. Pro precio sexaginta librarum. denariorum bonorum papiensium. tali uero tenore. ut predictus populus terdone ciuitatis. et suburbii. habeant teneant possideant predictum montem cum castro super habente sine molestacione et condictione. et omni remota occasione predicti donni petri episcopi et successorum eius. si euenerit quod

predictus donnus petrus episcopus uel successores eius guerram facere alicui homini magno uel paruo. inuadenti. et male tractanti beneficium et honorem tocius episcopatus. tunc habeant potestatem cum consensu iam dicti populi facere guerram inimicis ecclesie cum iam dicto monte et castro. donec ad pacem conuenerint. saluo et conseruato iam dicto monte cum castro ad honorem predicti populi. post pacem uero predictus populus. redeat in beneficium montis et castri. insuper uero predictus donnus petrus episcopus. pro se et successoribus suis. terdonensi populo penam posuit. centum libras argenti puri. si unquam in aliquo tempore aliquo malo ingenio uel occasione predictum montem cum castro predicto populo tollere uoluerint. predictus populus habeat supra scriptam penam cum duplicato beneficio montis et castri.

Factum est hoc. Anno dominice incarnacionis millesimo. centesimo. uigesimo secundo. isto. die indicione. quinta decima.

✠ Ego petrus episcopus

Interfuerunt ibi testes. Ubaldus uice dominus. Henricus de cafara. Homobonus. Rubaldus faxolus. Guido de osona. odo uice comes. Azolaborans. Gezo de ualedo. Malmantellus. Gaidalus de agolasca. Vbertus de figlino. Albertus de carlási . Bellonus de uigueria. Guilielmus aldradi.

Ego petrus notarius. sacri palacii. interfui et hoc breue scripsi.
Opizo de mediolano. Vbaldus uice dominus. Enricus de cafara. Homobonus. Saboritus. Rubaldus faxiolo. Guido de osona. Odo uice comes. Azolaborans. Gezo de ualedo. Lanfrancus uice comes. Malmantellus. Gaidaldus de aulasca. Vbertus de figlino. Albertus de carlasi. Bellomus de uiqueria. Guielmus aldradi.

Die mercurii. qui est tercio kalendarum septembris. in palacio sancte terdonensis ecclesie. per lignum. donnus petrus episcopus. Inuestiuit populum terdone de monte arimanore ubi castrum edificatum est. unde ipse episcopus accepit a predicto populo. sexaginta libras. Tali tenore ut iam dictus populus habeant et teneant predictum montem et castrum. per beneficium ex parte predicti episcopi. ad defendendum episcopatum. et si opus euenerit predicti episcopi guerras faciendas ad suos inimicos. qui de terra episcopatus tollere uoluerint debent facere guerram cum predicto castro. Penam in duplum restituere. et insuper penam. centum libras argenti puri.

Cartula de casiano.

Anno ab incarnacione domini nostri iesu christi. millesimo centesimo quadragesimo nono. octauo kalendarum madii. Indicione undecima.
Nos richelda filia quondam ansaldi. et anselmus. et crivellarius. et petrus. et mainfredus et oglerius germani. mater et filii atque filii condam ansaldi. Cartulam donacionis facimus communi terdone per conradum de mediolano. et petrum borellum. et guidonem capellum. et nicholaum. et rubaldum de carlaxe. et albertum de falauello. et anricum consules communis terdone. nominative de castro et burgo et curte casiani. et monte et curte briontis. cum omnibus honoribus districtis. albergariis. placitis. pensionibus condicionibus omnibusque rebus cultis et incultis. que ad ipsum castrum et burgum et curtes pertinere uidentur. preter hoc quod extra fossata nomine feudi ex parte episcopi uel ab aliquibus tenemus. Quod autem suprascriptum castrum et burgum et montem. et curtes. et omnes honores. districta. albergarias. placita. pensiones. condiciones. omnes res. cultas et incultas. superius dictas. una cum accessionibus et ingressionibus seu cum superioribus et inferioribus suis qualiter legitur supra in

integrum. Ab hac die communi terdone. donamus cedimus. conferimus. et per presentem cartulam donacionis habendum confirmamus. faciendum exinde a presenti die communis terdone. et cui dederit quicquit uolucrit sine omni nostra · et heredum nostrorum contradictione. Et quidem spondimus atque promittimus nos qui supra matrem et filios una cum nostris heredibus communi terdone et cui dederit suprascriptam donacionem qualiter supra legitur. in integrum. Ab omni homine defensare quod si defendere non potuerimus aut si uobis exinde aliquod per quoduis ingenium subtrahere quesierimus tunc in duplum suprascriptam donacionem ut supra legitur uobis restituamus sicut pro tempore fuerit meliorata: aut ualuerit per extimacionem in consimilibus locis: Et nec nobis liceat ullo tempore nolle quod uolumus. Sed quod a nobis semel factum uel scriptum est inuiolabiter conseruare promittimus. cum stipulacione subnixa: Actum in loco casiani feliciter.

s. m. l. Signa manuum istorum. matris et filiorum. qui hanc cartulam donacionis fieri rogauerunt ut supra.

s. m. l. Signum manuum montenarii et nantelmi et ugonis barate. et petri solingni. et falauelli et arucri de osona. et ugonis capelli et rufini coroli: et famuli. et guidonis. de lauagna et alii quam plures. testium

Ego guilielmus notarius. sacri palacii scriptor huius cartule donacionis post traditam compleui et dedi.

Anno dominice incarnacionis. millesimo. centesimo. septuagesimo secundo. Indicione quinta: Septimo die nouembris: In ciuitate terdone in episcopali caminata presentia testium quorum nomina subtus leguntur. marinarius filius quondam didonis de uico peculo. cum nepote suo bonifacio filio quondam uernacii pro se et pro aliis fratribus suis. filiis eiusdem uernacii. et obertus episcopus de monte morisino. et dominus theodisius de columbax. atque rubaldus. atque henricus filii quondam theti fecerunt datum tradicionem et alienacionem seu donacionem in manibus donni oberti terdonensis episcopi et comitis ac tocius terre presidis. Nec non in manibus domini gualterii de mediolano. et oberti de carlax. et guidonis de falauello. et nicholai iudicis. qui in illo tempore erant terdonensium consules. Nominative de monte de Lafurca qui hodie mons legalis appelatur. Eatenus uidelicet de ipso monte quatenus ex eo opus fuerit. ad castrum et uillam edificandam. cum fossatis et municionibus ipsius castri atque uille. Eo ordine ut castrum et uilla que in eo fuerint cum omnibus ut dictum est municionibus earum et cum omni montis summitate. sit ammodo terdonensis eccle-

sie. et communis terdone. ad faciendum quicquit donnus terdonensis episcopus. et consules qui modo sunt. et per tempora fuerint uoluerint et ordinauerint : Et ut ista tradicio firma foret. et ad perfectum perueniret. Corporaliter ipsum donnum episcopum terdonensem. et eiusdem ciuitatis consules in posessionem miserunt. et uacantem possessionem eis tradauerunt. Ibique ipse donnus obertus terdonensis episcopus et comes et eiusdem ciuitatis prenominati consules. nomine feudi fecerunt inuestituram in ipsum obertum episcopum de monte morisino. et marinarium atque nepotes. nec non in dominum theodixium de columbax. et eius nepotes Nominatiue de ipso monte montis legalis. qui olim furca appellabatur. ad castrum et uillam hedificandum : Eo ordine ut per feudum ammodo ipsum castrum et uillam. a donno terdonensi episcopo. qui modo est. et qui per tempora in terdonensi ecclesia fuerit. et a commune terdone habeant teneant. ac possideant : Ibique ipsi omnes. obertus episcopus de monte morisino. marinarius. bonifacius. teodisius. Rubaldus et henricus. unusquisque propriis manibus iurauerunt per sancta dei euuangelia fidelitatem donno terdonensi episcopo et eiusdem ciuitatis communi. de ipso castello montis legalis contra omnes alios homines. sicuti castellani qui castella a dominis tenent consueti sunt facere. Videlicet quod guerram debent ex eo castro facere hominibus omnibus quibus donnus terdonensis episcopus. et consules terdone qui modo sunt

uel qui per tempora fuerint preceperint: et quod ipsum castellum in nullo tempore debent uetare uel contrariare. donno terdonensi episcopo. et consulibus terdone siue sint guarniti siue scariti. et alia omnia que in sacramento fidelitatis continentur. iurauerunt et fecerunt: Interfuerunt hii testes: Conradus de mediolano. Aruerius de buxedo. Ingelerius. buscus. Rubaldus de carena. Andreas de aicardus. Teodisius. Odo ferarius. Iohannes de curiono. Bregonzinus.

Ego nicholaus sacri pallacii notarius hanc cartam tradidi et scripsi:

Conuentum marchionis malespine.

Die sabati qui est sestus decimus dies nouembris in
m. p. l. Lo de menconico in caminata marchionum in presentia et in testificacione hominum nomina quorum inferius leguntur. In christi nomine. Talis concordia fuit inter dominum opizonem marchionem et filios eius. et consules terdone scilicet. cunradus de mediolano. Vdonem iudicem et dolium promiserunt enim iam dicti consules ex parte communis terdone et iurauerunt ad sancta dei euangelia dare isto. marchioni et filiis. usque ad proximum festum pasce de resurectione domini molendinum unum apud terdonam et casam unam et furnum unum in terdona et quod ipsi eis emere et dare habeant uineam unam. prope terdonam in qua uinea dabunt tantum precium quantum sigebaldus de pontecorione et sigebaldus de sarzano dicere uoluerint in eorum arbitrio. et quod ipsi terdones. saluare et custodire habeant iam dictum marchionem et filios. in rebus et personis. et quod ipsi bona fide eum adiuuabunt et filios eius per totam eorum terram et pedaium. quod habet terdone bona fide debent eius manutenere et defendere ad suam utilitatem et si ipse colligere iam dictum pedaium in loco de seraualle debent ei

permittere et debent facere iurare hominibus de seraualle istum marchionem saluare et custodire et adiuuare bona fide salua fidelitate terdonensium et quod ipsi facient hoc iuramentum facere aliis consulibus terdone nouis et ueteribus et omibus terdone hominibus. et quod ipsi semper erunt tenuti iam dicto marchioni et filiis. sicut alie ciuitates. que sunt de illa societate et quod ipsi omni anno facient hoc iuramentum facere consulibus terdone quando renouabuntur. et hec omnia ut supra scripta sunt adtendere et obseruare habeant bona fide usque ad predictum terminum. nisi per parabolam iam dicti marchionis uel filiorum aut sui certi nuntii remanserit et secundum quod parabola data fuerit. adtendere et adimplere bona fide et sine fraude. ad terminos et ad terminum se scientibus si deus illos adiuuet et illa sancta dei euangelia: Item isti consules fuerunt manifesti se antea dedisse isto marchioni duo manso de terra in bozoledo. que similiter firmauerunt in isto pacto. Item infrascriptus marchio iurauit omnes terdonenses saluare et custodire in rebus et personis et bona fide eos adiuuare per totum eorum commitatum et episcopatum. et per totam suam terram et nominatim homines de seraualle adiuuare et custodire in rebus et personis.

Inde factum est hoc anno dominice incarnacionis. millesimo. centesimo septuagesimo quarto. isto. die. indicione octaua.

Interfuerunt rogati testes. Girardus. de sancta mar–

garita. Tedixius de ponte coriono. Sigebaldus filius eius. Sigebaldus da Sarzano. Vuastauinus baldus. Ugo sicus : Tebaldus comes de laugna.

Ego iohannes rubeus notarius sacri pallacii. Ad hoc totum interfui et hoc breue ex mandato infrascripti marchionis. et consulum. dedi. et Scripsi.

Carta concordie facte inter dominum opizonem marchionem et commune terdone.

Die sabati qui est sextus decimus dies nouembris. In loco de menconico in caminata marchionum. in presentia et intestificatione hominum quorum nomina subter leguntur. In nomine christi. Talis concordia fuit inter dominum Opizonem marchionem et filios eius et consules terdone. silicet. Cunradum de mediolano et Vdonem. iudicem et dolium. Promiserunt enim iam dicti consules ex parte communis terdone et iurauerunt ad sancta Dei evangelia dare isto marchioni et filiis usque ad proximum festum pasce resurrectionis domini molendinum unum aput terdonam. et casam unam. et furnum unum. et quod ipsi eis emere et dare habeant uineam unam prope terdonam in qua uinea dabunt tantum pretium quantum Sigebaldus de pontecoriono. et Sigebaldus de sarzano dicere uoluerin in eorum arbitrio. et quod ipsi terdonensses saluare et custodire habeant iam dictum marchionem et filios in rebus et in personis. et quod ipsi bona fide eum adiuuabunt. et filios eius per totam eorum terram et pedagium quod habent terdone bona fide debent eis manutenere et defendere ad suam utilitatem. et si ipse colligere

uoluerit iam dictum pedagium in loco serauallis. debent ei permittere. et debent facere iurare homines de seraualle istum marchionem saluare et custodire. et adiuuare bona fide salua fidelitate terdonenssium. et quod ipsi facient hoc iuramentum facere aliis consulibus terdone. nouis et ueteribus et omnibus hominibus terdone. et quod ipsi semper erunt tenuti iam dicto marchioni et filiis sicut alie ciuitates que sunt de illa societate. et quod ipsi omni anno facient hoc sacramentum facere consulibus terdone quando renouabuntur. et hec omnia ut scripta sunt attendere et obseruare habeant bona fide usque ad predictum terminum nisi per parabolam iam dicti marchionis uel filiorum aut sui certi nuntii remanserit et secundum quod parabola data fuerit. attendere et adimplere bona fide et sine fraude. ad terminum et ad terminos se scientibus si deus illos adiuuet et illa sancta dei euangelia. Item isti consules fuerunt manifesti se antea dedisse suprascripto marchioni. duo mansa de terra in bozoledo quam similiter firmauerunt ei in isto pacto.

Item suprascriptus marchio iurauit saluare et custodire omnes terdones in rebus et in personis et bona fide eos adiuuare per totum eorum comittatum et episcopatum. et per totam suam terram et et nominatim homines de serrauallo adiuuare et custodire in rebus et personis.

Inde factum est hoc. Anno dominice incarnationis millesimo. centesimo septuagesimo quarto. supra scripto

die indicione octaua.

Interfuerunt testes rogati. Girardus de sancta margarita. Thedisius de pontecoriono. Sigebaldus filius eius. Si-Sigebaldus de Sarzano. Vuastauinus balbus. Vgo siccus Thebaldus comes de lauagna.

Ego iohannes notarius sacri palatii ad hoc totum interfui et hoc breue ex mandato infrascripti marchionis et consulum scripsi et dedi.

Carta de montaldo.

Anno dominice incarnacionis. millesimo centesimo septuagesimo octauo. Quinto die septembris: Indicione undecima: Cum essent domini de moutaldo in communi consilio terdone ad schillam sonatam et terdonenses permisisent eis leuare castrum montaldi intuitu seruicii predecessorum eorum ad honorem dei et beati marciani: et utilitatem et commune commodum communis terdone dederunt et confirmauerunt et tradiderunt communi terdone assistentibus consulibus communis terdonė. Sigibaldo de sarzano. et Oberto. caguetio. de buxedo. Bernardo de abcl. Vna cum sociis. castrum montaldi. et curiam eius. et habitatores eorum communi terdone. ad faciendum guerram. et pacem hominibus omnibus quibus consules qui sunt. uel pro tempore fuerint eis preceperint. et in possesione commune terdone miserunt. et commune terdone reddidit eis in feudum. ut tenerent illud castrum montaldi ad honorem beati marciani et ad utilitatem communis terdone. et quod de cetero habeant stare in omnibus preceptis que consules terdone qui modo sunt uel fuerint eis fecerint per se uel per suos nuntios. de colta facienda. et de uigadio et de hoste. et de caualcata. et de guerra et pace

facienda omnibus hominibus quibus iam dicti consules. et eorum successores in consulatu terdone permanentes. eis preceperint. cum consilio ipsius ciuitatis. et quod deinceps non uetabunt castrum montaldi. guarnitum. uel scaritum communi terdone. neque consulibus qui modo sunt uel fuerint uel eorum nuntio. Et si aliquis istorum dominorum de montaldo. contra hoc ire uel facere presumpserit. omnes allii debent facere uiuam guerram. in uoluntate consulum terdone. et secundum precepta eorum donec ipse omni modo satisfecerit. consulibus terdone et communi : et insuper quod omnes debent iurare omni anno credere consules terdone. sicut alii ciues ipsius ciuitatis. et uenire ad credentiam quando audierint pulsare campanam. et facere consulatum omni anno in omnibus preceptis quibuscumque consules qui modo sunt uel fuerint eis fecerint. et Insuper si fuerint appellati a consulibus ipsius ciuitatis. facient iurare omnes suos homines in uoluntate consulum terdone. Hec autem omnia supradicta iurauerunt omnes. tactis sacrosanctis euangeliis. adtendere. facere. et obseruare sine fraude. et adhuc obligauerunt. pro pignore communi terdone totum suum podere ubicumque sit: Eo modo quod si iam dicti domini ista omnia communi terdone non adtenderent ut iam dictum est. commune terdone haberet licenciam et possibilitatem intrandi in iam dictum podere. istorum dominorum et faciendi inde quicquit uoluerit. donec ipsi uenerint ad satisfacionem in uo-

luntate consulum qui sunt uel pro tempore fuerint. et communis terdone. Insuper iurauerunt omnes iam dicti domini de montaldo. quod si ita non adtenderent. quod non debent uetare castrum montaldi. guarnitum uel scaritum. neque suum podere. consulibus qui modo sunt uel fuerint aut eorum nuntio. et si aliquis illorum dominorum contra hoc iuramentum ire presumpserit. alii omnes bona fide et sine fraude facient ei uiuam guerram. quousque satisfecerit siue emendauerit communi terdone. et quod insuper iurabunt omnes de credere consules terdone. omni anno sicut alii ciues terdone. et si fuerint appellati a consulibus terdone omnes suos homines facient iurare secundum uoluntatem consulum. Et inde obligauerunt omnes pro pignore totum podere communi terdone. et insuper iurauerunt omnes quod non uetabunt suum podere communi terdone. Et preterea iurauerunt ad sancta dei evangelia. per preceptum domini guilielmi marchionis de gauio. quod marchiones nullum datum in aliquo homine fecerant. de loco montis morixini. et quod hanc parabolam omnibus allis marchionibus de gauio sibi dare fecerunt.

Actum in terdona feliciter. in suprascripto consilio. ut supra legitur.

Interfuerunt testes. Buseus iudex. Aruerius de Buxedo Ido iudex. henricus canel: Martinus saltarius: Ogerius falauel. et quam plures alii.

Ego georgius. notarius sacri palacii rogatus interfui. et hanc cartulam per preceptum istorum marchionum et dominorum de monte morixino Scripsi.

Carta hospinelli de arquada.

Anno dominice incarnacionis. millesimo centesimo septuagesimo. nono. Quarto die exeunte Iulio. Indicione duodecima. Presentia testium quorum nomina supter leguntur. In communi conscilio et communi contione terdone. Petrus troua malum potestas terdone. et Buscus et Aribertus. Falauellus. et Arilonus. et Aldricus rouedus qui tunc erant consules per conscilium tocius communis tradiderunt atque donauerunt per speciale pactum hospinello de arquada tres centum uiginti libras. et duos denarios de soma in pedagio in burgo terdone. quos denarios ipse hospinellus et eius heredes in perpetuum debent habere et colligere in burgo terdone. exceptis de somis papie et de terra eius. Insuper promiserunt et conuenerunt quod facient facere finem illis de montaldo et de plobeto eidem hospinello et filiis suis de toto malefitio quod inter illos et ipsum hospinellum deuenerat. et specialiter de facto montilarii. Quod si illi de montaldo et de plobeto facere noluerint. et guerram insuperuenerit iam dicto hospinello uel filiis suis iam dicti consules et potestas pro communi conuenerunt adiuuare et manutenere

bona fide sicut proprios ciues. et Insuper conuenerunt hospinello quod imperarent omnibus ominibus de arquada quod releuent casam suam de castro arquade. preterea potestas et consules cum toto conscilio et cum toto communi in communi conscilio et concione. in conscilio manibus propriis in contione per saltarium data ei parabola a communi iurauerunt ad sancta dei euangelia saluare et custodire hospinellum et filios suos cum toto suo podere bona fide et sine fraude. et ugonem et Belengerium sicut proprios ciues et habitatores ab omni homine. Quaproter iam dictus hospinellus tradidit atque dedit castrum montilarii communi terdone. et fecit se et filios suos ciues et habitatores terdone in perpetuum. ad faciendum de suo podere deinceps sicut alii ciues faciunt. et hoc iurauit in communi contione attendere. Insuper fecit finem communi terdone de omni malefitio quod umquam euenerit inter ipsum hospinellum et commune. et specialiter de facto montiscuchi.

Actum in ciuitate terdono feliciter.

Interfuerunt testes. Guilielmus de monte merlo. Lanfrancus. Bernardus de guidone bono. messora et alii multi.

Ego Georgius notarius hanc cartam scripsi.

Cartula grondone.

Anno dominice incarnacionis millesimo centesimo octuagesimo primo. duodecimo die intrante aprili. indicione quarta decima : Presentia testium quorum nomina subter leguntur. Cum domini de grundona. Albertus lecus. Scilicet. et curradus. et albertus. et Vuielmus papiensis. et alii omnes. posuisent se sub domino lanfranco de becaria potestate terdone. et sub eiusdem ciuitatis consulibus scilicet. Oberto uescouo. Aruerio de Buscedo. Gandulfo muso. Oberto de carlasio. Bernardo pesato. Malpaxuto. et iurassent tactis sacrosanctis euangeliis stare sine aliquo tenore in preceptis iam dicte potestatis et iam dictorum consulum. prenominatus dominus lanfrancus cum iam dictis consulibus habito. consilio tocius credentie terdone tradidit et concessit communiter omnibus dominis de grundona quemdam montem qui hodie dicitur grundona noua. et ante uocabatur axerellum : eo modo quod ipsi debent illud leuare. et tenere ad honorem dei et sancti marciani. et communis terdone. et quod debeant ex eo facere.

Carta de monte morixino.

Anno dominice incarnacionis millesimo. centesimo. octuagesimo primo. decimo die intrante septembri : indicione quinta decima. Presentia testium quorum nomina subter leguntur. Quando domini de monte morixino. uidelicet. obertus uescouus. Guilielmus. Tedixius. Bonacursus. Resonatus. uenerunt in concordia. cum lafranco de beccaria potestate ciuitatis terdone. et gandulfo musso. et oberto de carlaxio. et malpaxuto. eiusdem ciuitatis consulibus leuandi castrum montis morixini ad honorem et utilitatem communis terdone. et iam dictorum dominorum marchiones de gauio. uidelicet dominus guilielmus et manfredus. et guido. remiserunt fidelitates ipsius castri. istis dominis de monte morixino. et preceperunt eis. et licenciam prebuerunt. ut ex eo castro facerent fidelitates. communi terdone. et ut darent illud castrum communi terdone. cum tota curte eius. et cum omni honore et districtu ipsius. uidelicet cum bannis. et placitis. et cum fodro. et cum colta. et hoste. et itinere. et cum omni iure. et iurisdictione. ipsius castri. et ita ut deinceps teneantur communi terdone. ex ipso castro. sicunt erant soliti

iam dictis marchionibus saluo hoc quod non debent facere guerram supra dictis marchionibus de predicto castro. habita namque licencia predicti domini de monte morixino. per preceptum et consensum iam dictorum marchionum. et eorum confirmacione. isti. domini de monte morixino. dederunt et tradederunt. et possesionem dederunt. castrum morixini. predicte potestati. et consulibus nomine communis terdone. cum omni iurisdictione. et districtu. et curte. et cum omni honore. ad ipsum castrum pertinenti: Eo uidelicet modo quod commune terdone. deinceps habeat et teneat placita et banna. fodrum. et hostem. et iter. et fidelitates. dominorum. et paisanorum. ipsius loci. et fossata ciuitatis. et omnia alia seruicia que suus locus est solitus et iussus facere sue ciuitati: sine omni contradictione predictorum marchionum. et dominorum seu paisanorum de monte morixino. et ita ut possint in ipso facere consulatus sicut in uipegulo et aliis locis terdone qui debeant regere et gubernare homines loci. ad honorem et ad utilitatem ciuitatis terdone. et predictorum dominorum de monte morixino. stantium ad sensum consulum et communis terdone. et insuper quod isti domini debent omni anno iurare de credere consules terdone de bono et honore ciuitatis. sicut alii ciues: Insuper predicti domini de monte morixino iurauerunt ad sancta dei euangelia quod ipsi deinceps non habeant uetare castrum montis morixiui. guarnitum neque scaritum communi terdone ad faciendum guerram

et pacem. cuicumque uoluerint. et quod ex eo per se facient guerrram omnibus quibus cumque consules aut potestas terdone preceperit eis: et pacem. et quod singulis annis. debent et habeant iurare de credere consules sicut alii ciues. de honore ciuitatis. et hoc sacramentum fecerunt per preceptum et consensum istorum marchionum saluo tamen ut dictum est. quod non debent facere guerram predictis marchionibus de ipso loco montis morixini: Actum in terdona feliciter. Interfuerunt testes: Caxanus mussus. henricus. martinus saltarius. mezobel et plures alii.

Ego georgius notarius sacri pallaci per preceptum istorum marchionum. et dominorum de monte morixino hanc cartam scripsi.

Priuigileum domini frederici imperatoris.

In nomine domini nostri iesu christi. Hec est forma reconciliacionis: qua ciuitas terdona et eius habitatores ad gratiam domini imperatoris redierunt. Dominus imperator per interpositam personam. scilicet. per conradum de belaliis super animam suam fecit iurari quod ciuitas terdona de cetero non destrueretur. nec per se nec per aliquem suorum. sed pocius habet eam saluare. et custodire. nec non personas. et res eorum ciuium bona fide et sine fraude. ad honorem et utilitatem imperii et ipsius ciuitatis terdone. nec ipsam ciuitatem dabit alicui homini. et suos castellanos. permittet et consentiet subiacere ciuitati terdone. sicut castellani papienses. subiacent ciuitati papie. nec habet eos castellanos ciuitati terdone auferre nec per se nec per alium. Maiores exactiones non exiget a ciuibus terdone et ab opidariis. quam ipse exiget a papiensibus et eorum castellanis secundum quantitatem personarum et eris. et hoc bona fide sine fraude. Priuilegia uero et donationes que quasue fecit de ciuitate terdone. uel de castris et uillis. et possessionibus ipsius episcopatus presertim de seraualle. et de allis sine fraude bona fide reuocat et cassat. et cassata non

confimabit. Possesiones ecclesie terdone quas nunc habet et tenet siue per se siue per alium. non habet auferre. et faciet marchionem de monte ferato quiescere de oppido statiani. ne episcopus de cetero iuquietetur a marchione occasione date pecunie.

Et habet iubere papiensibus ut de cetero teneant pacem terdonensibus et ut iurent se cum eis. et adiuuent eos de omnibus guerris eorum suis sumptibus et facient uiuam guerram inimicis terdone. et precipiet papiensibus quod remittent omnes subscriptos castellanos terdonensibus quos nostra remittimus et confirmamus auctoritate. Castellanos eos intelligimus qui in montanis et planis habitant. Presertim illos. de Copara. de Azano. de Castronouo. de Bagnolo. de Pontecurono. de Puzolo. de Monte morisino. de Vipegolo. de Bagnara. de Monte legali. de Belegnano. *m. p. l.* de Faurega. de Grimiasco. de Monte acuto. de Dernice. de Monte ebore. de Merlaxino. de Boligo de Bruxamoneca. de Liprando: de Mote iardino. de Monte iaro. de Sauignono. de Grondona. de Perzio. de Pobledo. de Montealto. de Arquada. de Montecuco. de Preçipiano. de Saeraualle. de Cássiano. de Staciano. de Brion. de Noua. – de Bosco. de Villa. de Olasca. de Sarzano. Et facit finem de omnibus maleficiis. que terdona domino imperatori. uel suis militibus. uel peditibus fecerit. et malum meritum non reddet terdonensibus. Marcas quas olim dabat terdonenses remittit. nec de cetero eas exiget. et facit hominibus

de Seraualle finem de omnibus maleficiis que erga dominum imperatorem uel suos fecerit. Et permittit hominibus terdone habere consulatum. et macella. et molendina. et uias publicas. habere et tenere. sicut permittit papiensibus Sicut conradus de beladus iurauit pro domino imperatore. et pro se. sic et principes et nobiles subscripti iurauerunt per se.

Theodericus marchio. de landesberc. Florencius comes. hollandie. Conradus de monte ferrato. Recherius comes de blanderan. Conradus de boresberc. Constantinus de berga. Cono de minzenberc. Henricus marscaltus. Walterius dapifer. Conradus pincerna.

Insuper iurauit archiepiscopus coloniensis. cancellarius imperialis aule. Gotefredus. Comes henricus deditze. In hac autem conuentione comprehendit dominus imperator. quod ciuitas terdona et eius districtus. non recipiat aliquem uel aliquos homines qui de octo uillis infrascriptis apud paleam collecti sunt. Si uero recepti fuerint infra octo dies. ab eo die quo ab imperatore frederico uel a marchone de monte ferrato. uel eorum certo nuntio. requisitus fuerit. uel a rege uel a suo nuntio certo. eos dimittant uel restituant. Sunt autem hee uille: Marenge. Gamundi. Ouille. Four. Bergul. Solero. Wagent. Rouere.

In nomine domini nostri iesu christi. Hoc est sacramentum fidelitatis quod iurauerunt consules terdonenses: Ido. et ubertus. et busco ciuis terdonensis. Domino frederico imperatori. et filio eius regi henrico. et domine beatrici. romane. imperatrici auguste. Ego iuro ad sancta dei euangelia. quod ab hac die in hantea. semper ero fidelis. domino frederico. imperatori. et domino henrico regi. romanorum. et domine beatrici imperatrici auguste. contra omnem hominem. nec ero in consilio. nec in facto. quod perdant uitam. uel membra uel honorem. et bona fide et sine fraude iuuabo eos tenere regnum italie. et honorem corone. et nominatim ciuitatem terdone. et episcopatum et commitatum. et dare eis ciuitatem ad offensionem et defensionem. et si perdiderint regnum italie. uel ciuitatem. et episcopatum et commitatum. terdone. bona fide et sine fraude. iuuabo eos recuperare. et recuperata tenere. et credentias quas ipsi per se. uel per suos certos nuntios mihi insinuauerint. uel per litteras. secretas tenebo. nec pandam ad detrimentum personarum uel honoris eorum. et pacem faciam omnibus amicis eorum. et seruabo. et gueram uiuam faciam omnibus inimicis eorum. nec guerram recredutam faciam hostibus eorum et imperii. secundum mandatum domini imperatoris uel domini regis. uel domine imperatricis. uel legati quem ipsi ad hoc factum destinauerint. et nos operam dabimus bona fide et sine fraude quod omnes homines ciuitatis. terdone. fideli-

tatem in hac eadem forma iurent domino imperatori frederico. et suo filio regi henrico. et domine beatrici auguste. imperatrici.

Concordia partium terdone.

Anno dominice. incarnacionis. millesimo. centesimo. octuagesimo. quarto. duodecimo die. intrante marcio. indicione. secunda. presente lanfranco de becaria: Nos consules papie. Guarnerius. et Sallinguerra. una cum gualterio de milano. et cum iohanne iudice. et cum caxano. et cum bulgaro. et cum sociis. consules terdone. Iubemus. et imperamus. sub debito sacramenti. quod nobis fecerunt amfussio. et acatapano : et filio. et aruerio de buxedo. et filio suo guilielmo. et nepotibus. et arillono. et filio. et falauellis. et bernardo. de guido bono. et filiis. et generaliter toti parti. iste. uniuersitatis. ut teneant. pacem ab hodie in antea. in perpetuum bona fide. sine fraude. pasturello. et filio et nepotibus et omnibus crescentiis. et coroliis. et pascemasnatis. et toti sue parti. et de dampno domi acatapani: et de uulneribus filii acatapani : et de omni iniuria. et dampno. et de maleficio. et specialiter. de morte. oberti: de buxedo : et de plaga filii seraruerii. siue uiuat siue decedat. et de uulnere arilloni. et de omni maleficio. dampno. quod acatapanus. uel filius uel frater seu orillonus. uel frater: nel illi de buxedo. uel falauelli. uel eorum pars. passi sunt. a die uulnerum filii aca-

tapani. infra : de morte oberti. et de uulnere. filii seraruerii. siue uiuat. siue non. dicimus ut pacem teneant in perpetuo. Eo saluo si illi de buxedo. uoluerint probare. per totum. mensem. madii proximum uenientem. quis interfecisset obertum. aut uulneraret alegrum. audiantur ante consules papie. et terdone. ab illa die in antea non audiantur a istis. consulibus neque a suis successoribus. Iubemus etiam amfusio. et acatapano. et filio. usque a dominica die proxima de terdona exeant. ut non habitent in toto districtu. terdone. neque in pontecorione. uel in uigueria. uel in sala. uel in casello. neque in mole. neque in riturbio. a pasca ueniente. usque ad annos sex. et omnem aliam eorum familiam. exeant de terdona. usque ad ramoliuam proximam. de amfisio et acatapano. et filio dicimus. ut exeant et recedant. ut non intrent nec habitent in ciuitate neque in burgo. usque ad supra scriptum terminum. Iubemus quoque arillono. et filio. ut non habitent in casa. que fuit de baltegazuuiis. usque ad annos sex. et ut destruant a tectu supra. quod menia fecerunt. turrionum. et usque ad terminum. nullus hedificet betefredum. uel bertriscam. Iubemus quoque tote predicte uniuersitati. ut nullam turrim. uel betefredum. uel bertriscam. usque ad infrascriptum. terminum. fieri. faciant. in burgo. uel in ciuitate terdone. Iubemus quoque tote. iste. parti. nullum iusiurandum ineant. uel fieri consilium prebeant conspiracionis. neque risce. usque ad predictum

terminum. et que iure iurando facta sunt absoluant. Supra factum gladiorum statuimus. et imperamus. iam dicte parti. ut nullus portet falzonum. cultellum acutum. bordonum. plombatam. ab hodie in antea usque ad predictum terminum. neque in casa teneat. et ille qui inuentus fuerit. amittat solidos quinque pro banno omni uice. Preterea iubemus tote predicte parti. ut nullomodo. quelibet rixa contingenti. non extraant cum arcu neque cum balista. in ciuitate neque in burgo. quod si quis eorum uel partis inuentus fuerit in predicto facinore. auferremus pro banno solidos centum. si inueniremus ei tantum. quod si non inueniremus. ponemus personam delinquentis. si aprendere potuerimus in publica custodia: uel si non aprendere potuerimus personam ipsius. in concione in banno mittemus. Iubemus insuper ut nullus habitet in casa. anfusi. neque in turrim neque ascendat in turrim. usque ad infrascriptum terminum: et si quis ascenderit uel pacem predictam rumperit. teneatur pro banno. libras centum. communi papie. et terdone. si habuerit. et turrim tenebitur destruere. quod si non habuerit ualente iam dicta quantitate. publicamus totum quod ei inueniemus. et personam delinquentis. si apprehendere potuerimus in publica custodia ponemus. Iubemus ut tres strernii turium destruantur. usque ad dominicam proximam. et omnia ostia domi. et turris et. fenestris clandantur: cum muro de calcinis. usque ad ramoliuam omnibus suis expensis. Iubemus ut tribuat. libras. duodecim consulibus usque

ad dominicam diem. propter uictum bastardi. de omnibus aliis maleficiis. que eis contingerunt a die quo uulneratus fuit filius acatapani infra. fieri preceperunt. Omnia ista. nos consules terdone et papie. sub debito sacramenti. quod nobis fecerunt iubemus. et precipimus obseruari. Item quod filius uulneratus seraruerii ad dies octo postquam consules preceperint ei ut iuret. pater faciet eum. iurare. ut iurauit.

Iurant illi de parte pastorelli. stare in preceptis consulum. papie et terdone. de maleficio bastardi: de offensione facta ei. et de omni maleficio quod ipsi uel eorum pars intulerunt super acatapanum. uel amfusium. seu nepotem. et de omni dampno. eis illato. et iniuria. et de morte oberti. et de omni uulnere. et specialiter de filio seraruerii. et de omni alio maleficio quod interuenit a uulneribus filii acatapani infra: Hoc idem sacramentum fecerunt illi ex parte amfusii et acatapani omnes.

Ego guilielmus notarius. hanc cartam. iussione istorum. consulum. Scripsi.

Concordia marchionum de gaui cum terdona.

Anno dominice incarnacionis. millesimo. centesimo. octuagesimo quinto. Septima die aprilis. Indicione tercia. In palacio sancti saluatoris. papie presencia testium quorum nomina subter leguntur. Iurauerunt terdonenses consules. presertim. Ydo. terdonensis. imperialis aule iudex. et consul communis terdone. et albertus barata. et clapucius de carlaxio. consules ciuitatis. uerum etiam baxus. et aruerius de buxedo. socii predictorum consulum. et contra guilielmus marchio de gaui. et rubeus. de uolta. et guido. de sancto nazario. et ydo. de metefoco. de discordia. que uertitur inter commune ciuitatis terdone. ex una parte et ex altera marchiones de gaui. tam de strata quam de aliis querimoniis. stare in preceptis et mandatis domini serenissimi inperatoris. frederici. quocumque modo. siue secundum ius. siue per transactionem. uellet determinare. uel diffinire. Sacramentis uero prestitis ab utraque parte. precepit dominus inperator. consilio domini. guilielmi astensis episcopi: et domini bonifacii. nouariensis episcopi: et uicariorum curie uidelicet domini conradi. lubicensis. electi. et magistri matelli.

et iudicum inperialis aule. presertim. oddonis. nouelli. et otonis. zendalarii. et aliorum sapientum. marchionibus de gaui. ut predam quam ipsi cum hominibus de gaui. in strata ualle syrpie. fecerunt hominibus terdone. sub debito sacramenti. et omni occasione remota. usque ad dominicam de ramis palmarum. restituerent: Iterum sub debito sacramenti. tam terdonensibus quam marchionibus precepit. ut ipsi permittant negociatores italie. ire per quamcumque stratam. que uadit uersus gauium. siue per stratam uallis syrpie. uel per quamcumque uellent ire. sine aliqua ui: donec dominus imperator. predictam causam: siue per racionem. siue per transactionem ordinauerit.

Interfuerunt testes. Azo capellanus. Martinus de castello. Obertus comes. blandrade: Auogadrus. papiensis. Guido de gemis. Guido de lorentio: benzetus. et multi alii.

Ego aruerius. terdonensis: notarius sacri pallacii: et nunc imperialis aule. iudicum scriba hec omnia Scripsi et interfui.

Carta de conuentu strate.

Anno dominice incarnacionis. millesimo. centesimo. octuagesimo quinto. Quarto decimo die intrante iulio. indicione tercia: presentia testium quorum nomina subter leguntur. lanfrancus turcus. bernardus de abel: Azo. saluaticus. Albertus barata. Rubaldus male pastus. Clapucius de carlax. Consules terdone. iurauerunt ad sancta dei euangelia. bona fide. ac sine fraude. saluare et custodire. omnes homines mediolani. et de eius districtu. et de toto comitatu. et de toto archiepiscopatu. in rebus et personis. euntibus et redeuntibus per stratam terdone. non solum homines. et res eorum. sed et bestias. et ueturales euntes et redeuntes per stratam terdone. et si aliquod dampnum. eis euenerit: uel factum fuerit a ponte perio. usque ad crennam: aut per stratam. ualde Scriuie. in toto posse terdone. bona fide sine fraude: eis emendabunt. et hoc de pedagio. et istud sacramentum. fuit factum in manibus. drudi de brexano. et couacii. de uulto: Guidon de maxio. Opizonis. deydesio. Sanes de iannis Henrici coloni. Ghagaroti. damax. Iannis. de carax.

Actum in terdona. feliciter: interfuerunt testes. Galterius. de gerano. Albertus de sarzano. Rodulfus

falauel. Gandulfus musus. Guilielmus tellanus: Iohannes de artono. Acatapanus. Rubeus. Otobonus. et multi alii nobiles.

Ego guilielmus. notarius. interfui. et hanc cartam iussu istorum consulum Scripsi.

Forma strate hordinate. ad serranallum. talis est. quod consules terdone et capitanei. iurauerunt ad sancta dei euangelia. saluare et gardare. personas per stratam euntes. et specialiter negociatores mediolani. et eius comitatus. et res eorum. et insuper pedagerii iurant quod nullo modo auferent a cassiano supra de soma grossa. ultra. xviii. denarios. de subtili ultra. x. denarios. a caxano usque ad padum. de soma grossa. denarios xxv. de subtili soma. denarios. x. et non plus. de pellibus agnorum. et eris xiiii: denarios. et non plus. Quod si quis castellanus uel alius ruperit stratam. facient uiuam guerram alii. nec concordiam facient donec in uoluntate consulum. negociatorum mediolani satisfecerit: dampnum de pedagiis emendabunt. uel emaendare facient. et hanc emendacionem compullerunt pedageriis iuramento facere. de pedagiis. hanque stratam iurauerunt specialiter illi de serauallo. marchiones. de ponzono. Illi de arquada. Illi de montaldo. Illi de grondona. Illi de sapignono : Gerius de nouo. et omnes homines eorum iurauerunt. Et illi de caxano. et de

uilla. et quod facient iurare Sigebaldum de pontecoriono. et dominum tedisium. et consules terdone. in conscilio ad scillam sonatam iureiurando firmare.

Ego iohannes notarius sacri pallacii. hanc rogatus Scripsi cartam.

Cartula grondone.

Anno dominice incarnacionis. millesimo. centesimo octuagesimo quinto indicione tercia. die septembris. Cum consules terdone leuarent grondonam domini omnes de grondona. uidelicet guilielmus pauesius. et guido frater eius et manfredus filius oberti. et gualterius filius fulconis. et dominus albertus. in consulatu et regimine lanfranci turchi. et clapucii de carlaxio. et alberti barate. et sociorum iurauerunt ad sancta dei euangelia stare in omnibus preceptis consulum qui nunc sunt uel qui tempore fuerint. licencia et consensu marchionum de gaui. presertim de grondona et de omni districtu et de omni iurisdictione que ad ipsum locum spectare uidetur. et insuper per preceptum domini guilielmi marchionis de gaui et domini guidonis nepotis sui dederunt et tradiderunt iam dictis consulibus terdone nomine communis terdone. castrum grondone. cum tota curte eius et cum omni districtu et cum omni iure et pertinentiis ad ipsum castrum pertinentibus et cum omni honore et iurisdictione ipsius castri. Et preterea predicti marchiones remiserunt fidelitates predictis dominis de quibus olim predicti domini tenebantur marchionibus et supradicti marchio-

nes preceperunt predictis dominis de grondona ut faciant fidelitates consulibus terdone. nomine communis terdone et ut de cetero teneantur de castro grondone et de omni iurisdictione ipsius castri. consulibus terdone qui nunc sunt uel qui protempore fuerint nomine communis terdone sicut predictis marchionibus olim tenebantur. de castro grondone. et de omni districtu et iurisdictione ipsius castri. et ita quod predictum commune. ciuitatis terdone deinceps habeat ex ipso castro. et hominum ipsius loci dominorum et paisanorum. hoste. iter. cottam et fodrum et albergarias. et banna et placita. et ut faciat ibi consulatum. secundum uoluntatem potestatis terdone aut consulum qui pro tempore fuerit aut fuerint. et insuper omnia alia seruicia. que suus locus facit sue ciuitati: Preterea isti. domini de grondona debent iurare sacramentum ciuitatis sicut alii ciues singuli de credere consules seu potestates de bono et honore ciuitatis terdone saluo tament quod non debent facere guerram marchionibus de gaui de loco grondone. Et hec omnia predicti marchiones preceperunt facere istis. dominis de grondona de quibus omnibus supradictis. predicti domini de grondona uoluntate et iussu et consensu predictorum marchionum possesionem predicti castri. dederunt. et quam possesionem de omni iure et pertinentiis ipsius castri. consulibus terdone nomine communis terdone. Insuper quoque predicti domini de grondona per preceptum et consensum predictorum marchionum.

iurauerunt ad sancta dei euangelia. quod ipsi deinceps non habeant uetare castrum grondone communi terdone. guarnitum neque scaritum. ad faciendum guerram et pacem hominibus omnibus quibuscumque potestas terdone aut consules qui protempore fuerint preceperint. preter ut dictum est quod non debent facere guerram marchionibus de gaui. de predicto loco grondone. et pro istis. omnibus attendendis. guilielmus tellanus. Albertus de chochi. Iacopus manzi. et insuper grossus de bruxamoneca. et guielmus de moniardino. et milanus de ualle mala. manuleuauerunt dominos de grondona.

Actum in terdona feliciter.

Interfuerunt testes. Guasco falauel. Guielmus iordani. Albertus. torus. Rodulfus falauel: Caxanus musus. Et alii quam plures.

Ego iohannes notarius. sacri pallacii. hanc cartam Scripsi et iussu predictorum marchionum. et dominorum de grondona. compleui et tradidi.

Carta illorum de coparia.

Anno dominice incarnacionis. millesimo centesimo nonagesimo. Indicione. nona. octauo kalendarum Iunii. In castro nouo intus plebem. Presentia testium quorum nomina subter leguntur. Rufinus cerronus. et Vgo frater eius. Obertus de ualenza. Bernardus de marenco. Otto curta falce. Vgo mangiacanis. Petrus de tauerna. Mussus de oliueriis. Iohannes dealocse. Lafrancus panenscoso. Thebaldus de montexellis. Opizo budellus. Iōnatisuis. Ansaldus de oliueriis. Rubaldus roba. Asclerius. Bernardus omnes isti qui sunt de coparia in concordia iurauerunt ad sancta dei euangelia attendere et obseruare omnia illa precepta que lafrancus de monte merlo. et Guido curolus. et Rodulfus. falauellus. et Benso crexentius consules terdone et eorum sotii. uel alii consules terdone uel potestas. qui uel que pro tempore fuerint eis facient de facto coparie. et de uilla et de castello. Vnde prenominati consules parabola et uoluntate sociorum suorum preceperunt supramemoratis hominibus sub sacramento. et sub pena ducentarum librarum. papiensium. quod ipsi nullum pactum nullamque concordiam facient de facto coparie. neque de uilla. neque de castro cum aliqua persona de ciuitate

papie. uel de illius districtu. neque cum aliqua alia persona. aliquo modo. sine parabola istorum consulum uel aliorum qui pro tempore fuerint. et insuper preceperunt eis ut ipsi conducant totum illud granum quod ipsi in isto anno habuerint siue in castro nouo. siue in terdona. saluis tamen aliis preceptis que ipsi consules uel alii eis facere uoluerint. et Insuper omes prenominati homines pro se et aliis hominibus de coparia promiserunt istis consulibus nomine communis terdone si ipsi totum hoc ut supra legitur non attenderent. et istud aliquo modo fregerint. dare communi terdone nomine pene ducentas libras denariorum bonorum papie. rato manente pacto. obligando se quisque illorum in solidum unus pro alio. pro ista pena. renunciando epistole diui adriani. et duabus nouis constitutionibus una quarum dicit. nequis ex reis Alia uero dicit quod principalis debitor etc. Vnde obligauerunt eis omnia sua bona.

Interfuerunt testes. Magister Arlembaldus. Magister Francherius. Magister Tirisenda. Ianuarius grassus. Nicholaus brizanus. Iacomus scaripolus. Thebaldus scai deprando. Rubaldus de bouo.

Ego Petrus sacri pallacii. notarius huic interfui et scribere rogatus fui.

Carta Caldelarii de Serauallo.

Anno dominice incarnacionis millesimo centesimo nonagesimo. Vndecimo die exeunte madio. Indicione. Caldelarius de serrauallo fuit confessus ante consules terdone. Iohannem iudicem. Bulgarum. Aruerium. Remussum et sotios quod terra et uinea quam bastardus de serraualle comparauit a caldelario et filiis que iacet in burgo nouo. est de feudo castri serrauallis et communis terdone. Coheret uinee. Auundanus. Terre quoque coherent Crechi et Iohannes.

m. p. l.
m. p. l.
m. p. l.

Actum in terdona feliciter.

Interfuerunt testes Nicholaus Armelline. Bernardus pesatus. Columbus saltarius.

Ego Rufinus notarius. sacri palatii secundum quod inueni in inbreuiamento condam Aruerii notarii scripsi.

Anno dominice incarnacionis millesimo centesimo nonagesimo secundo. octauo kalendas iunii. indicione decima: In nomine domini amen: Talis concordia fuit inter dominum thomam potestatem terdone. et consules per commune ciuitatis. et castellanos castrorum. nomina quorum sunt. Baiamont. Guastauinus Illi de moniardino. Illi de belforte. De grondona. Guido et pauesius. Curadus. Vrso. et manfredus. per se et pro aliis. Demontaldo Gandus. Tignosus. Vgolinus. Rainerius. Guido qualia. Symon. Guido blancus per se et pro aliis. Dearquadra Dominus hospinel. et nepotes. De montaecuco dominus benedictus. Pastor. et fredericus. Isti. omnes iurant facere habitaculum. ciuitatis terdone. et omnia precepta in uoluntate domini thome. uel alterius potestatis. et consulum qui sunt uel fuerint. pro tempore per se et suos heredes in perpetuum. et facere pacem et guerram. omibus quibuscumque potestas qui modo est uel fuerit. et consulum qui modo sunt aut pro tempore fuerint. et quod semper habent dare loca eorum communi terdone. ad faciendum guerram et pacem quandocumque uoluerint et cuicumque uoluerint. in uoluntate potestatis. et consulum terdone. et quod

habent facere guerram et pacem. per se. et per omnes suos homines. et per suà loca que habuerint. in districtu et episcopatu terdone. Et insuper dederunt plenam potestatem et integram iurisdictionem. et districtum suorum locorum. et omnium suorum. habendo. hoste. iter. carrezum. fossatum. placita omnia. Veruntamen ciuitas concedit ei. quod quilibet castellanus faciat placita de suis hominibus tantum inter suos homines. Item ciuitas remisit omnibus castellanis. scilicet quod castellani. non debent dare fodrum. nisi quando ciuitas frodauerit se. intus. sicut alii ciues in extimo potestatis et consulum qui pro tempore fuerint. et hoc tantum fuit ordinatum de dominis: Item homines predictorum castellanorum omnes pro uiuatico debent dare annuatim duos soldos. pro singulo pario boum: in festiuitate sancti michaelis. et qui boues non habent. debent dare duodecim denarios pro sapa. saluo tamenquod sit in uoluntate consulum et potestatis. qui modo sunt aut pro tempore fuerint de frodo. Item quod singula loca debent facere consulatum per ciuitatem in uoluntate potestatis. et consulum qui modo sunt uel pro tempore fuerint. et de discordiis que modo habent inter eos uel oriri potuerint. debent stare sub examine potestatis et consulum terdone qui modo sunt uel fuerint et quicumque eorum supradicta omnia non obseruauerit. omnes alii iurant quod debent facere guerram eis in uoluntate potestatis et consulum qui modo sunt uel fuerint pro tempore. et commune ter-

done debent saluare et custodire omnes predictos castellanos. et eorum heredes. et eorum iura. sicut alios ciues et milites terdone ciuitatis faciunt. et hec omnia facta sunt intermediantibus marchione de palodio. et de gauio. et consentientibus et confirmantibus.

Interfuerunt testes. Buscus. Ydo suauis. Bernardus. de abel: Rufinus saluaticus. Guilielmus deuotus. Grassus malopera. Gandulfus musus. et caxanus. Ogerius de caxano: et alii plures.

Ego iohannes notarius sacri pallacii hanc cartam rogatus Scripsi.

Carta nouarum

Anno dominice incarnacionis. millesimo. centesimo nonagesimo secundo. tercio die excunte madio. Indicione decima: Consules de nouo. scilicet manfredus scaciga. et marescotus. et iacobus de gonella. et belengerius de cauana. et obertus blancus sponte et sine aliquo districtu per se et per omnes homines eiusdem loci quorum regimen habebant. et per uoluntatem tocius credentie ipsius loci fuerunt et uenerunt in concordia cum domino thoma potestate terdone et consulibus eiusdem ciuitatis manfredus scaciga scilicet. et socii et tota credentia de nouo. et alii homines. a quindecim annis insuper usque ad septuaginta. iurauerunt ad sancta dei euangelia quod bona fide. et sine fraude. ab hinc in antea in perpetuum habent saluare et custodire omnes homines ciuitatis terdone et eius districtus in rebus et personis. Per totum suum podere. et si terdona habuerit guerram in aliquo tempore cum aliqua ciuitate. uel loco. siue cum marchione. uel alio homine. habent et debent facere per commune uiuam guerram ad proprias expensas. et perditas de castro et uilla. noui. omnibus illis qui facerent guerram terdone. aut hominibus eius districtus. pacem uero nec

guerram recredutam non habent facere cum inimicis terdone. sine parabola tocius comunis consilii. ad campanam sonatam. aut omnium consulum. uel unius datam sibi ab omnibus aliis. Item iurauerunt quod habent facere hostem. et caualcatam et iter per commune secundum uoluntatem potestatis et consulum terdone. qui pro tempore fuerint quandocumque ciuitas et ubicumque facere uoluerint. saluo tamem quod non teneantur ire in expedicione aut in caualcata super terram marchionis montis ferrati. Item iurauerunt quod non habent permittere marchioni montis ferrati neque filiis facere guerram de loco noui terdone. et si iam dictus marchio aut filii facerent insultum super terram terdone. et insecuti fugerint in loco noui. persone debent esse salue. et predam debent reddere totam. et si milites marchionum absque personis marchionum facerent insultum super terdone terram aut eius districtus. homines de nouo habent eos persequi. et capere homines si potuerint et recuperare predam et consignare illam consulibus terdone. Item iurauerunt quod quando ciuitas terdone fodrauerat. se intus habent dari communi terdone. uiginti quatuor libras. papiensium nomine fodri et quandocumque ciuitas laborauerit ad fosata. habent dare uiginti. sex homines. omni die ad laborem fossati. quousque laborauerint per commune. Item iurauerunt quod habent se in caualcare semper quando ciuitas incaualcauerit se intus. Item fecerunt finem henrico

pecullo. et nepotibus de omnibus maleficiis quecumque henricus aut frater et nepotes fecerint aduersus homines de nouo. ab hinc, retro. et inde iurauerunt tenere pacem in perpetuum. predicto henrico et nepotibus et quod ab hinc in antea habent permittere henrico pecullo et nepotibus tenere et possidere suum podere quiete. Item iurauerunt quod nullam concordiam nec sacramentum facient cum aliqua ciuitate uel marchione. uel loco: uel castellano sine parabola tocius communis consilii. terdone ad campanam sonatam. Item iurauerunt quod semper renouabunt sacramenta quandocumque consules terdone qui pro tempore fuerint uoluerint. Et propter hec seruicia que homines de nouo promiserunt et iurauerunt facere hominibus terdone predictus thomas potestas terdone et consules per consilium tocius credentie ciuitatis. in communi concione remiserunt militibus et nobilibus de loco noui habitaculum ciuitatis de quo tenebantur per sacramentum in carta facta alterius concordie et insuper fecerunt finem et refutacionem communi de nouo. de fodro et de fossatis preter ex eo quod superius dictum est. Preterea pr[illegible] dicti consules. reddiderunt cartam antiquam communi de nouo. et fecerunt iurare in anima sua bauoso saltario communis nuntio quod habent saluare. et custodire omnes homines de loco noui in rebus et personis et adiuuare illos ab omni homine sicut alii ciues terdone. et semper omni anno consules terdone et consules de nouo debent iurare istam concordiam tenere

ratam et inuiolatam. Actum in terdona. Fe li ci ter.

Interfuerunt testes. Ydo suauis. buscus iudex. Ogerius. falauel. Walterius. falauel. bernardus. pesatus. et multi alii.

Ego georgius. notarius sacri palacii. rogatus interfui. et hanc cartam per preceptum predicte potestatis. et consulum terdone Scripsi.

Carta Arlini de montaldo.

Anno dominice incarnacionis. millesimo centesimo nonagesimo secundo. nono die intrante Agusto. Indicione decima. Arlinus de montaldo fecit finem et datum domino Thome potestati terdone et consulibus de domo sua quam habebat intra castellarium de serrauallo. et promisit quod de cetero non habet agere nec causari uersus commune terdone de ipsa domo aliquo modo. et quod faciet firmare et facere hunc finem et datum uxori sue. quando fuerit appellatus a consulibus terdone.

Actum in terdona feliciter.

Interfuerunt testes. Rubaudus nata. Iohannes pegasepe. Girardus de monpolono.

Ego Rufinus notarius sacri pallacii hanc cartam secundum quod in breuiario condam Aruerii notarii Scripsi.

Carta oberti et manfredi filiorum simonis de moniardino.

Anno dominice incarnacionis. millesimo centesimo nonagesimo sexto. Indicione quarta decima. quarto die kalendarum nouembris. Obertus et manfredus filii condam simonis de moniardino dederunt ac tradiderunt communi terdone existentibus consulibus Alberico suaui. Guidone curolo. Guascone falauello. Iohanne iudice. Petro gallo. Rubaldo malpaxuto. aimerico ambrosii castrum montis iardini cum omni honore et districtu super hominibus pertinentibus ad ipsum castrum. Eo modo quod istum commune terdone habeat et teneat istum castrum et districtum ad faciendum guerram et pacem cui uoluerint. iurando predicti fratres consulibus terdone sicut ciues terrdone. et iurauerunt quod non auferrent castrum montis iardini communi terdone. in perpetuum nec suis guardiis per se nec per aliquam eis submissam personam. et si sciuerint quod aliquis uellet auferre. bona fide uetabunt. et communi terdone manifestabunt. et pro hoc dato et traditione remunerauit commune terdone istos fratres in libras ducentum denariorum bonorum papiensium. et iurant predicti

fratres quod ipsi debent facere pacem et guerram cui commune terdone uoluerit. et dixerit usque ad finem pacis. Ad inuicem prefati consules pro se et pro sotiis et pro communi terdone promiserunt istis fratribus quod ipsi non habent eis uetare istum castrum guarnitum nec scaritum ad faciendum pacem et guerram his qui uellent diminuere de suo podere. et honorem abstulerint uel diminuerint. et illis qui fuerint in custodia predicti castri pro communi terdone iniungere debent ut eos adiuuent contra illos qui uellent eis auferre honorem uel podere eorum. et commune terdone debet eos adiuuare secundum quod debet adiuuare alios suos nobiles ciues. et Insuper isti consules promiserunt istis fratribus quod si commune terdone preceperit eis ut aliquam guerram inchoent. ad expensas communis terdone debent facere illam guerram et commune terdone debet saluare et custodire istos fratres. in personis et rebus et commune terdone non debet dare castrum montis iardini in custodia alicui extra terdonam contra uoluntatem eorum nec de terdona alicui quem cognouerunt esse inimicum eorum. et illos qui intrabunt in custodiam facient iurare saluare et custodire istos fratres. in rebus. et personis. et commune terdone non debet eos cogere uel adiutores eorum ad faciendam rationem alicui de castro montis iardini. nec de ablatura isti castri. nec de aliquo malefitio ab ipsis fratribus ab hinc retro facto. nec de aliqua causa quam haberent sub se uel sub succes-

soribus suis nullam iudicaturam eis auferre debent. hec omnia iurauerunt isti consules et alii sotii eorum. uidelicet Bernardus deopizono. Gandulfus mussus. Azo borellus. Aruerius de ausona. Ioannes pascemasnata attendere ex parte communis terdone. et illud sacramentum fecerunt facere credentie terdone. in credentia terdone congregata campana pulsata. Vnde duo instrumenta uno tenore facta sunt. Actum in terdona feliciter.

Interfuerunt testes. Guilielmus rubeus. Presbiter Iohannes de pobleto. Guilielmus tonsus. Martinus saltarius. et multi alii.

Ego Sigebaldus imperialis aule notarius hoc instrumentum precepto istorum consulum Scripsi.

Carta Thedisii de bagnaria
et
Sigebaldi fratris sui et henglesii de pontecoriono.

Anno dominice incarnacionis. millesimo centesimo. nonagesimo septimo. Indicione. quinta decima. sexto decimo kalendarum iunii. In castro nouo presentia testium quorum nomina subter leguntur. dominus Thedisius de bagnaria pro se et domino Sigebaldo fratre suo. et dominus henglesius de pontecoriono. in ecclesia sancti Petri de castro nouo fuerunt manifesti uersus dominum Oglerum de castro nouo consulem terdone nomine communis terdone se iurasse ad sancta dei euangelia attendere et obseruare omnia precepta que ipse eis faciet de carariis de coparia. Unde ipse dominus Oglerius precepit eis sub debito sacramenti. et sub pena ducentarum librarum papienssium ut non faciant de predictis carrariis. silicet de terris et de pratis. et de bosco. que omnia negotia homines de castro nouo ab eis tenebant ad fictum. inuestituram nec datum. neque refutationem seu obligationem specialiter. nec pactum aliquod alicui homini de papia. nec de districtu papie. nec alicui alii persone aliquo modo sine parabola communis conscilii terdone. et si

ita non attenderint dent communi terdone ducentum libras papienssium. silicet dominus Thedisius pro se et isto fratre suo medietatem. et dominus henglesius aliam medietatem. quod totum sicut supra dictum est. prenominati dominus Thedisius pro se et isto fratre suo. et dominus henglesius promiserunt isto domino Oglerio nomine communis terdone attendere et firmum tenere semper bona fide. et sine fraude.

Interfuerunt testes. Otto tortus. Gulielmus tortus. Guglielmus anticus. Rubaldus eius filius. Henricus fasus Ricardus godinus. Bernardus de la turre. Remusclo. Raimondus curolus.

Ego Petrus sacri pallacii. notarius huic interfui et scribere rogatus fui.

Anno dominice. incarnacionis. millesimo. centesimo. nonagesimo. septimo Indicione quinta decima. Tercio die exeunte iunio. In loco uarcii. Isti sunt de curia domini alberti marchionis malespine. et nepotum. scilicet guielmi. et curadi qui propriis manibus suis. Iurauerunt ad sancta dei euangelia quod ipsi pacem factam inter iam dictos marchiones. et terdonenses. supra factum montis iardini. et totam ualdebolberia firmam et incorruptam tenere habent. et opem et forciam. et consilium dabunt. istis marchionibus quod ipsi eam firmam teneant. ut instrumento inde facto continetur.

Girardus de sancta margarita. castellanus de niuiono. Puluinus. de preda corua. Abraam de preda corua. Iohannes crassus. Musa de preda corua. Petrus de niuiono. Ardezonus de preda corua. Rubaldus de frauega. Otto zolla. Obertus de preda corua. Rustegus de preda corua. Vgo magonus. Bernardus quercius. Simon de bolago. Petrus de canta crauą. Rubaldus de preda corua. Miliforus de rocha. Arduinus de ora mala. Gisulfus de gira. Albertus balbus. Capellanus de felegaria. Danexius de felegaria. Omadus de ora mala. Zuzus de menamigo. Otto de cocio: Martinus cocus. Cazaperlus.

Guielmus. de ualformosa. Boxia de ualformosa. Obertus de cigno. et Rubaldus eius frater. Gandulfus de cigno. Fulcus razanus. Giramus de plolo. Obertus de cariolo. Obertus de cigno. Obertus de ualformosa. Gandulfus de ualformosa. Sigebaldus de niuiono. Albertonus de felegaria. Andreas de coruezo. Milionus de corbezaxio. Iohannes de corbezaxio. Simon de cortouezo. Guido de ansaldo Capellanus de rurto uezo. Guielmus de curtouezo. Anselmus comes. Morandus de uarcio. Aribaldus de fico. Guido de fico. Dominicus de zinzalario. Guielmus. de ualformosa. Ziuzalarius. Guielmus de zinzalario. Opizo de monte forte. Ardengus de cigno. Rainerius de trauagado. Bruxabo. Iacobus cocus. Albertus de rocha. Rufinus eius filius. Buniardus. Pte petrus. de uarcio. Petrus bocha. Guido de albaredo. Iohannes de uecia. Ferarius de casalaxio. Albertus de fracta. Guielmus de montexello. Petrus mutus. Pellizarius. Petrus cazarinus. Petrus figarius. Rubaldus de bongora. Iosus. Oliuerius do solario. Bernardus de fulcone. Bernardus de manfredo. Iohannes de fico. Gisulfus calderarius. Opizo de casasco. Opizo de sancta margarita. Cocius. Sigebaldus de beuegnasco. Rolandus de sancta margarita. Petrus de bagol. Isembardus de beuegnaxio. Iohannes de scorza. Guielmus de sancta margarita. Rubaldus de cropo: Gecius de cropo. Simon de felegaria. Guielmus de felegaria. Opizio de felegaria. Albertus de costa canina. Iohannes de pellato. Donadeus. Bertramus de naturalis. Iohannes de aimo. Cebolla de casal. Rufinus de sanguinedo.

Rubaldus de casal. Petrus de casal. Mairanus Obertus. de albarasco . Cafarus de albarasco. Romanus de albarasco. Guilielmus de sanguinedo. Guielmus de cebolla. Nicholaus de solario. Iohannes arimannus. Bonus iohannes de solario. Vgo de calcinara. Mutus de saliano. Lecaneue de saliano. Guielmus de pexana. Petrus de plobexana. Guielmus lombardus. Petrus curtus. Rufinus de nolo. Petrus panerarius. Opizo caualerius. Nicholaus de albiza. Henricus de monte bello. Iohannes de suzollo. Iohannes de ploblexana. Guielmus de albarda. Iohannes porcus. Henricus de ansaldo. Guielmus de braida. Ardengus de calcinaria.

Isti sunt illi de ualdetrebia. qui iurauerunt predictum sacramentum. et predictam pacem firmam tenere ut dictum est. Lanfrancus. de carexedo. Manfredus de carexedo. Guielmus longus. Obertus de cerba. Ardezonus de locio. Rubaldus de locio. Nigrinus. Albertus de monfoxano. Rubaldus de Faxano. Guielmus de puluino. Iohannes bicus. Burgundius de ottono. Frauegus de frauega. Iohannes semenza. Arduinus de frauega. Iulianus de otto. Guielmus de fontana. Iohannes de prando. Vgo de rainerio. Flamengus de brugnadello. Arnaldus. de rosarolo. Bonus iohannes de casa. Girardus de caurile. Bernardus de caurile. Bernardus pregnus. Obertus de betolaria. Obertus dizonus. Sacus de cataria. et Rainerius frater eius. Felogerius de felegaria. Marinus de garbarino. Ardizonus. de frauega. Taronus de frauega. Manginus de cerba. Gisulfus tornarius. Vgo de

rouegno. Suernus. de bar. Maruanus. de rauegno. Petrus de garbarino. Vgo de Alegreza. Arnulfus de alegrezza. Armanus. de romano. Albertus de ottono. Obertus de casellis. Iohannes de gramiza. Iohannes de casellis. Gibertus. de gramiza. Iohannes clericus. de barca. Malacria. Isenbardus de frauega. Iohannes de frauega. Opizo de frauega. Iohannes de teuolaria. Sigebaldus de frauega. Albertus capellanus. Guielmus dominico. Guido de clauda. Donadeus de barco. Vgo de garbarino. Garbarus. Lanfrancus. de garbarino. Lanfrancus. de alegrezza: Lanfrancus pernixius. Girardus rubeus. Guilielmus de frauega. Albertus. paximusca. Silus de frauega. Iohannes de otta. Alegrus de frauega. Musus de fontana rubea. Ferarius de fontana rubea. Iohannes de fontana rusa. Vasallus de frauega. Ogerius de albo plano. Guielmus de acataria. Opizo de cerba. Albertus fuginus. Isembardus de cruce. Petrus de ecelesia. Guielmus de lanfranco. Martinus de muto. Martinus taurus. Ogerius. de campo. Guielmus catanius. Isus de campo. Musus de campo. Obertus rangerius. Rolandus de campo. Girardus de campo. Opizo boca nigra. Gisulfus. Anselmus pelizarius. Vgo de carexedo. et Rolandus eius frater. Opizo de carexedo.

Prenominati omnes preceperunt. mihi Sigebaldo. notario. ut eorum sagramenta in publico scripto redigerem. et publicum instrumentum inde facerem.

Ego Sigebaldus. imperialis aule notarius. interfui: et hec omnia nomina. et sacramenta. secundum quod supra legitur. et in instrumento concordie continetur. iussu predictorum omnium in publicam redegi formam. et instrumentum inde fieri preceperunt. et hoc iussu et preceptu istorum marchionum Scripsi.

Conuentio Alberti malespine et nepotum. et guielmi de moniardino. qualiter refutauit castrum montis iardini in manibus otonis terdonensis episcopi. et consulum eiusdem ciuitatis.

Anno dominice. incarnacionis millesimo. centesimo. Nonagesimo. septimo. Indicione. quinta decima. Tercio die intrante iulio. Conuenerunt inter se dominus albertus marchio malaspina. et guielmus. et curadus nepotes eius. et consules terdone. nomine communis terdone. Videlicet quod guielmus de moniardino pro se et filio suo. Refutauit castrum montis iardini. et curtem. et districtum et totum illud quod isto et curti pertinere uidetur. omnia cum omnibus ipsi castro et curti et districto pertinentibus in integrum: In manibus domini otonis. terdonensis episcopi et comitis. et
m. p. l. ita iurauit i guielmus adtendere. et omni tempore firmum tenere. et incorruptum: et quod faciet iurare filium suum. et faciet ei facere istam. refutacionem ut ille facet a sua parte.

Consules uero nomine communis terdone. dederunt isto marchioni et nepotibus quinque centum libras denariorum bonorum papiensium pro parte suprascripti

guielmi. quam ipsi receperunt a predicto marchione.

Predictus uero dominus otto terdonensis episcopus et comes conscilio fratrum suorum. Inuestiuit predicto alberto marchioni et nepotibus suis medietatem tocius castri montis iardini et curtem. et quicquit castro et curtl pertinere uidetur. pro gentile feudo. Aliam quippe medietatem isti. castri. et curtis ut dictum inuestiuit istos. dominus episcopus communi terdone. pro gentile feudo: eo modo ut de cetero isti marchiones. et sui heredes. legimi masculi descendentes. et communis terdone. habeant et teneant istum. castrum et curtem et districtum. et quicquit isto. castro. et curti pertinet. cum omni honore pro gentile feudo: Item totum illud quod predicti marchiones habent in ualdebolbreta. et totum quod de cetero adquistauerint quoquomodo medietas sit communis terdone. in perpetuum. de cetero. tam in reditibus et honoribus et pedagiis. quam in aliis rebus; omnia cum omnibus ipsi ualdebolbrete et ipsi castro pertinentibus in integrum: E conuerso totum hoc quod communis terdonae habet in ualdebolbreta. et totum hoc quod de cetero adquistauerit quoquo modo: medietas sit istorum. marchionum. suorumque heredum. in perpetuum. ut supra legitur. in integrum: Castrum uero montis iardini. et curtem sicut. inuestum est eis a predicto episcopo. debent communiter tenere. et saluare et custodire. ad honorem dei et domini episcopi. et communis terdone. et marchionum malespine. faciendo pacem et guerram

de isto. castro. communiter in concordia. Predicti uero marchiones suique heredes. et eorum homines debent saluare et custodire. homines terdone. rebus et personis. in isto. castro. et in tota ualdebolbreta. Versauice homines terdone similiter debent saluare et custodire. istos. marchiones. et suos heredes et suos homines rebus et personis. in isto. castro. et curti. et in tota ualdebolbreta. Et si aliquis contro hoc uenire tenptauerit et de predictis alicui predictorum uel suorum sucessorum diminuere presumpserit. unus alterum adiuuare debet. tam ad defendendum quam ad recuperandum : et guerram ei facere debet qui hoc facere presumpserit. quousque ei cui iniuria illata fuerit. siue dampnum datum. fuerit emendatum. in bene placito illius. cui dampnum factum fuerit : pacem unus sine altero non faciet. et bona fide de omnibus a ualdebolbreta. pertinentibus inter se adiuuabunt. Si uero predicti marchiones uellent aliquem aquistum facere. in ualdebolbreta seu ullomodo fecerit. et communis terdone uoluerit dare medietatem precii aquisti infra annum cum expensis factis in aquisto. habeat communis terdone medietatem aquisti in integrum. Si uero minime. non teneantur. marchiones dare partem aquisti communi terdone. E conuerso. et si communis terdone uellet aliquem facere aquistum. uel fecerit in ualdebolbreta. et isti. marchiones uoluerint dare medietatem precii aquisti. cum expensis factis in aquisto. infra annum. communi terdone. ipsi marchiones habeant

medietatem aquisti in integrum. Sin autem non teneantur communis. dare partem aquisti *m. p. l.* marchionibus;

Suprascripti marchiones habeant licenciam mittendi quem uellent castellanum in moniardino. preter guilielmum de moniardino. et filium et suos heredes. et communis terdone. habeat licenciam mittendi quem uellet castellanum in moniardino. preter aliquem de fratribus guielmi de moniardino et suos heredes. Saluis racionibus marchionum de gauio. et de palodo. quas habent in moniardino. et salua concordia quam communis terdone habet cum marchionibus de gauio. et de palodo. Castellani uero qui pro tempore fuerint missi in castro moniardini. a communi terdone. et a marchionibus malespine. debent iurare quod saluare habent castrum montis iardini. et curtem. et districtum. ad honorem dei. et communis terdone. et. istorum. marchionum communiter: Et si predicti marchiones. istum. ordinamentum rumpere presumpserint uel rumperint. seu contra hoc. uenire temptauerint prenominatus albertus. et guielmus et curadus marchiones promiserunt. et conuenerunt dare communi terdone nomine pene. mille. libras. denariorum. bonorum. papiensium. rato manente pacto: Vnde ipsi obligauerunt pignori isto. communi. omnia sua bona habita. et habenda.

Et si communis terdone. istum. ordinamentum rumpere presumpserit. uel ruperit. seu contra hoc uenire temptauerit. consules terdone. uidelicet dominus Ydo.

Lamfrancus turcus. Montenarius de sarzano. Tedixius. de monte acuto. Ramusius de buxedo. Anselmus de arquadra Gilius de calcinaria. Ogerius de castro nouo. Rouedus paximasnata. Artonus gratonus. Albertus falauellus. Atque albertus de carlaxio Nomine communis terdone. communiter in concordia promiserunt et conuenerunt dare istis. marchionibus ex parte communis terdone. nomine pene mille libras. denariorum. bonorum. papiensium. rato manente pacto. Vnde prenominati consules omnes in concordia obligauerunt pignori. istis. marchionibus omnia bona communis terdone
m. p. l. habita et habenda. Insuper. .dominus albertus marchio. malaspina. et guielmus. et curadus nepotes sui. quisque manu sua propria iurauit ad sancta dei euangelia. quod ita habent adtendere et adimplere ut supra legitur. in integrum : bona fide et sine fraude. per se ipsos. et per suos heredes : et per suos homines. in perpetuum. et quod faciet facere istud sacramentum hominibus de sua terra. in bene placito consulum terdone.

Ad inuicem prenominati consules omnes nomine communis terdone. quisque manu sua propria iurauit ad sancta dei euangelia quod ita habent adtendere et adimplere omnes bona fide. et sine fraude. per se et per homines terdone. et quod facient facere istud sacramentum. credentie terdone. in uoluntate istorum. marchionum malaspine.

Item iam dictus dominus episcopus. inuestiuit domino

guielmo marchioni de palodo. et domino guidoni de gauio et domino alberto de gauio. in feudum omnes raciones quas ipsi habent in moniardino.

Actum est hoc terdone. feliciter.

Interfuerunt. testes. Girardus de sancta margarita. Guielmus de sancta margarita: Bubaldus de opizono. Guascus falauellus. Guielmus rubeus. Aruerius notarius:

Ego Sigebaldus. imperialis aule notarius. Interfui. et hanc cartam. Iussu istorum marchionum malaspine. et istorum. consulum Scripsi.

Carta Anselmi tignosi.

Anno dominice incarnacionis. millesimo centesimo nonagesimo. septimo. duodecimo die exeunte setembri. Indicione. quinta decima. Anselmus de tignoso iurauit ad sancta dei euangelia stare in omnibus preceptis consulum terdone. et attendere et obedire. et redire pro obside terdonam in eorum uoluntate quando ei requisitum fuerit. et si ita non attenderit. promisit penam stipulatam. auruerio notario uice consulum de libris quatuor centum. et inde obligauit ei totum quod habet in nouis. et alibi. Insuper iacomus de nouis et obertus blancus. et Rufinus et Belengerius ita ut Anselmus iurauerunt. et promiserunt pro eo istam penam librarum quatuor centum. quisque pro toto si Anselmus predicta non obseruaret. et inde Rufinus iurauit pro se. et pro aliis. et sua bona pignori obligauit Lafrancho turco. et Rouedo. et Gilioni de calcinaria.

Actum in terdona feliciter.

Interfuerunt testes. Amicus de porta. et filius. Iohannes nacherrius. Obertus mufa. Guido rangus. et Rubaldus eius filius.

Ego Bazacus notarius sacri pallacii. hanc cartam secundum quod inueni in breuiario Aruerii scribe bona fide Scripsi.

Carta illorum de giugnano
et de gatorba.

Anno dominice incarnacionis. millesimo centesimo nonagesimo octauo. Indicione. prima. xii. die exeunte decembri. In presentia testium quorum nomina subter leguntur. Remussus et Guido curolus existentes consules ciuitatis terdone ex mandato Iacobi ysembardi potestatis terdone conscilio et uoluntate Iohannis iudicis et aliorum consulum dederunt hominibus de giugnano et de loco gatorbe et eis per lignum quod in suis tenebant manibus inuestiuerunt sedimina quę iacent que iacent in mercadili serrauallis. Eo modo quod predicti homines habeant et teneant predicta sedimina auctoritate predicte potestatis. et consulum quomodo sunt. et deinceps fuerint in perpetuum. ad usum burgi ciuitatis terdone. et ab omni homine defendere sicut melius ualuerit. stipulacione. subnixa. Dando predicti homines et heredes eorum de singula tabula quicquid ab eis consulibus fuerit ordinatum. et cui dare debent tenetoribus predictorum sediminum. et predicti homines de gatorba et giugnano iurauerunt quilibet manu propria non coacti sed propria uoluntate habitare in loco serrauallis. aut marchadilis in perpetuum. et super sedimina que

a predictis consulibus eis sunt assignata domificare. et nullo debent redire ad locum gatorbe nec ad locum giugnani. ut in eis locis domos iterum faciant. nisi pro suo laborerio et terris bonificandis. Et hec omnia iurauerunt omnes homines de giugnano et de gatorba qui in hac pagina inferius scripti sunt attendere si deus illos adiuuet et illa sancta dei euangelia. *m. p. l.*
remaneret per parabolam potestatis. et consulum qui modo sunt et deinceps fuerint. et tocius credentie predicte ciuitatis datam predictis hominibus ad campanam sonatam.

Isti sunt homines de gatorba qui iurauerunt ut supra dictum est. In primis. Obertus trazanus. Sucinus. Anselmus de canoua. Piligrinus filius nichole. Gamundinus. Bertramus filius andree ricci. Moritus filius Balaroti. Petrus buca. Simonitus filius Vgonis. de crosa. Fulchetus.

Isti sunt homines de giugnano qui iurauerunt ut supra legitur. Iacobus filius pini de florana. Bertramus. Albertus sapiens. Bernardus gozanus. frater eius guilelmus. Iohannes de cetoala. Obertus de Sigebaldo. Iohannes de montanaria. Belengerius filius condam donioti. Baldo. et filius eius albertus. Obertinus filius bonifanti. Murruellus. Alisius. Et quidam alii qui non sunt de predictis locis idem iurauerunt. Bernardus de arquada. et filius eius bulgarinus. Oto bonus. Caligarius. Iohannes filius nichole de ualle. Girardus filius amici. Zuchitus. Rolandus de amelio. Oto frater eius. Anfusius.

Guiliminus filius papacicie de gaui. Poncitus. Mussus filius serene. Actum in marcadili serrauallis feliciter. Testes uocati. Nicholaus. Passamont. Manfredus. fulcho de puluerello. Bertolotus de bruncis de Serraualle.

Ego Rolandus notarius. sacri pallacii. rogatus. hanc cartam. tradidi et scripsi.

Carta illorum de moncaprario.

Anno dominice natiuitatis. millesimo. centesimo nonagesimo. nono. Penultima die aprilis. Indicione. secunda. Cum illi de moncrapario uidelicet Opizo sigebaldi. Nicholaus et filius eius Iacobus. Norandus. filius quondam lituifi. Candelarius silicet atque Vgo et Arlotus eius filii. essent a consulibus communis terdone uidelicet Iohanne iudice. Guasco falauello. Oberto scopello. Burgaro suaui. Guidone curolo. Aruerio de ausona. Iohanne pascemasnata. Remusso de buxedo. et lafranco rouedo. pro communi terdone appellati. de quo commune se uasallos esse confitebantur pro feudo quod pro ipso communi terdone tenebant. et ab ipso communi tenebant in serrauaile. et alibi tam in castro serrauallis quam in monte in quo castrum illud serrauallis hedificatum est. et in uineis et terris. castagnetis. sediminibus pedagiis. et curadiis. de proditione predicti castri serrauallis quod communi terdone auferre furtim uolebant. et per se et per alios noctu quesierant. et sacramenta ipsius proditionis fecerant. et etiam tossicum seu herbaticum dolose confecerant. et seruientibus et turrexano ipsius castri per se uel per suos nuntios dare fecerant. Pro quo toto predicti consules dicebant

quod mori debebant. et eorum substantiam totam ammittere. ideo quia uasalli communis terdone erant. et quia a longo tempore retro communi terdone iurauerant quod non debebant ullo modo tractare nec ordinare per se nec per alios quod commune terdone ammitteret. ipsum castrum. nec ipsi per se. nec per alias. submissas personas debebant illud auferre nec consentire. et si scirent quod aliquis uellet hoc facere. debebant consulibus terdone manifestare omnia eorum bona ipsi communi terdone. eorum uoluntate retro obligata fore. A quo crimine predicti de moncaprario taliter se purgare uolebant. confitendo se predicti communis publice uasallos esse. et feudum tenebant. asserendo quod nullo modo predicta tractauerant. nec ordinauerant. nec per se. nec per eorum submissas personas. conscios fuerant. et de hoc sponte per suas proprias personas iam dictis consulibus facere psomiserunt. Facta tali promissione iure iurando facto. publice predicti opizo et nicholaus ante iam dictos consules confessi fuerunt quod credentiam de proditione predicti castri cum suis parentibus contra ipsum commune. et contra fidelitatem ipsi communi terdone debitam fecerant. et noctu per se et per alios castrum ipsum uolentes furtim subripere quesierant. Et cum utraque pars esset parata per campiones idoneos. in campo pugnare. et ante dominum Ottonem terdonenssem episcopum et comitem. et in eius presentia pugnassent mediante ipso domino episcopo et abbate de lucedio. et abbate de ripalta. et

abbate sancti marciani associato cum eis Bonifatio marchione montis ferrati. et intuitu et amore nobilium de nouis pro ipsis de moncrapario rogantibus ut uitam eis concederent. Ad quorum petitionem predicti consules annuentes habito conscilio uniuerso tocius ciuitatis terdone misericordia ducti. uitam eis condonauerunt. Et predicti episcopus et abbates sub quibus utraque pars se commiserat uoluntate partium taliter inter eos composuerunt. Videlicet quod pro eo quod illi de moncrapario ante ipsum episcopum et abbates confessi fuerant. quod contra fidelitatem communi terdone exhibitam tractauerant. faciant finem et refutationem perpetuam et pactum de non petendo communi terdone de uniuerso iure quod habebant. uel aliquo modo exigere possent in ipso castro serrauallis. uel in hominibus seu in plazo. uineis. terris. boscis. pratis. Ierbis. Castagnetis. sediminibus et de omnibus aliis rebus ad ipsum castrum quolibet modo pertinentibus uel adiacentibus et de pedagio. et curadia. quod quocumque modo colligeretur per ipsum castrum serrauallis. et insuper faciant datum communi terdone de uniuerso alodio quod habent in quocumque loco. ita quod commune terdone debeat ipsum alódium ipsis de moncaprario in feudum reddere. Faciendo predicti de moncaprario cum tota eorum familia habitaculum perpetum in terdona. et quod debeant iurare. et securitatem per se. et per idoneos fideiussores sub certa pena singulariter promissa facere pro his omnibus

attendendis et obseruandis. et quod de cetero nullo modo offendent communi terdone nec alicui ciui terdone. per commune nec per diuisum an personis uel rebus uel alicui de districtu terdone per se ipsos nec per aliam submissam personam. His actis predicti de moncaprario. silicet. Opizo. Nicholaus et filius eius Iacobus uenerunt ante presentiam predictorum consulum recipientium nomine communis terdone. et pro ipso communi et sponte fecerunt iam dictis consulibus nomine iam dicti communis terdone finem. datum. et refutationem perpetuam et pactum de non petendo de uniuerso iure quod habent uel aliquo modo exigere possent in predicto castro serrauallis. uel in hominibus seu plazo. et uineis. terris. boschis. pratis. Ierbis. castagnetis. Sediminibus et de omnibus aliis rebus quolibet modo ad ipsum castrum serrauallis pertinentibus. uel adiacentibus et de curadia et de pedagio quod quocumque modo colligeretur per ipsum castrum serrauallis. et Insuper fecerunt datum communi terdone. et ipsis consulibus nomine et uice communis terdone accipientibus de uniuerso alodio quod ipsi predicti de moncrapario habent in quocumque loco. sponte et sine fortia. et Ibidem predicti consules uice communis terdone reddiderunt predicto Opizoni iam dictum alodium. et ei in masculis et in feminis in feudum inuestiuerunt. ita quod de cetero ipse Opizo et sui heredes masculi et femine habeant et teneant predictum alodium in feudum pro communi terdone. Et insuper predicti de

moncaprario. Opizo. Nicholaus et Iacobus filius eius iurauerunt unusquisque manu propria ad sancta dei euangelia quod ipsi perpetuo cum tota eorum familia facient habitaculum in terdona in uoluntate consulum communis terdone qui nunc sunt uel pro tempore fuerint. et quod de cetero nullo modo offendent commune terdone. nec alicui ciui terdone. uel de districtu terdone. per commune nec per diuisum. in rebus nec in personis. aliquo modo. et quod ipsi hec omnia ut supra legitur. attendere et obseruare habent bona fide et sine fraude sub pena predictis consulibus uice et nomine communis terdone singulariter pro uno quoque Opizone et Nicholao promissa trecentum librarum denariorum. bonorum papiensium. Omnia eorum bona predictis consulibus nomine et uice predicti communis pignori obligando. et Ibidem ipse Opizo fidelitatem de predicto alodio istis consulibus recipientibus nomine et uice iam dicti communis iurauit. et fideiussores pro his omnibus attendendis et obseruandis predictis consulibus recipientibus nomine et uice communis terdone dedit. qui fideiussores promiserunt et iurauerunt iam dictis consulibus recipientibus nomine et uice communis terdone predictam penam. ccc. librarum. dare communi terdone. omnia eorum bona eis consulibus nomine et uice ipsius communis pignori obligando. et quod de cetero non darent isto Opizoni conscilium nec adiutorium. si ipse contra hec predicta ueniret ullo tempore. Ghego curolus pro ipso Opizone

fideiussit. et iurauit ut supra dictum est. in libras. quinquaginta. Albertus ghigus similiter pro eo fideiussit. et iurauit in libras quinquaginta. Rubaldus gafor similiter fideiussit. et iurauit de libris. xx. Sygebaldus caput uindemie. et Belengerius eius frater similiter fideiusserunt. et iurauerunt unusquisque in libras. sexaginta : Lafrancus allanus. et Lafrancus pegolatus de nouis simili modo fideiusserunt et iurauerunt unusquisque in libras. triginta. et isti fideiussores predictis consulibus recipientibus nomine et uice iam dicti communis istum obligum fecerunt.

Actum sub porticu scalarum ante maiorem ecclesiam feliciter. Interfuerunt testes. Nicholaus. Armelline. ser Iohanonus. Vescontus notarius. Iohannes notarius. Rubaldus gonella. Guido de pluzo. Martinus saltarius. Gabiola. et alii multi. Post tres uero dies tercio die intrante madio· Venerunt predicti Nicholaus et Iacobus eius filius ante presentiam consulum communis terdone. Scilicet. Arucrii de ausona. Bulgari suauis. Oberti scopelli. Iohannis pascemasnate. et Lafranchi rouedi. recipientibus nomine et uice iam dicti communis et fidelitatem de supra dicto alodio quod ut supra legitur. Istis consulibus dederant nomine et uice communis terdone iurauerunt. et ibidem ipsi consules ipsum Alodium eis in masculis et feminis ut supra dicto opizoni fecerunt in feudum dederunt. et inuestiuerunt. et pro istis omnibus attendendis et obseruandis. dederunt fideiussores simili modo ut predictus Opizo fecit

sub iam dicta pena predictis consulibus promissa. ccc. librarum. Pochetel de carlax simili modo ut fideiussores isti opizonis fecerunt pro ipso nicholao et eius filio fideiussit et iurant. et predictum obligum istis consulibus recipientibus nomine et uice predicti communis fecit de libris. centum. Porrada de carlax simili modo fecit. et iurauit. et obligum fecit de libris. quinquaginta. Ferracanis simili modo fideiussit. et iurauit. et obligum fecit de libris. centum. Iacobus de la cauanna. Obertus blancus. Belengerius de ghezo et sambuel de nouis simili modo fideiusserunt. et obligum fecerunt. et Iacobus de la cauanna per se et pro predictis aliis de nouis ipsis in eorum anima iubentibus iurauit. et quod eis conscilium nec adiutorium preberent ullo tempore si contra predicta uenerint. Interfuerunt testes. Henricus de pertusio.

Vgo falauel. Rubaldus de monte merlo. Henricus taconi. Rubaldus gafor. Rubaldus maluinus. Martinus saltarius. henricus de drusia. et alii. Sequenti uero die Caldelarius de moncaprario uenit ante predictos consules et sponte finem. datum. et refutationem perpetuam et pactum de non petendo de omni iure quod habebat. uel aliquo modo exigere posset in castro et in plazo. et pedagio. et curadia serrauallis. et in terris et uineis. ierbis. pratis boschis. Castagnetis. sediminibus et de omnibus aliis rebus quolibet modo ad ipsum castrum pertinentibus uel adiacentibus et datum de alodio predictis consulibus recipientibus nomine et

uice communis fecit. et habitaculum terdone. et penam. ccc. librarum. et quod de cetero non offendet commune terdone. nec aliquem ciuem. nec aliquem de districtu terdone in omnibus et per omnia promisit et
m. p. l. iurauit. et obligum fecit. sicut Opizo fecerat. et in alio sequenti die uenerunt filii isti Caldelarii. Vgo et Arlotus. et eandem finem. datum. et refutationem perpetuam et pactum de non petendo. et datum de alodio. et simili modo in omnibus. et per omnia sicut predictus Opizo et pater fecerant. fecerunt et iurauerunt. et predicti consules iam dictum Alodium in feudum ut opizo fecerunt eis in masculis et feminis reddiderunt. et inuestiuerunt. Fidciussores Càldelarii et filiorum qui pro eis fideiusserunt et iurauerunt. et obligum fecerunt sicut fidciussores predicti opizonis pro eo fecerunt sunt isti. Obertus de costa de nouis. pro libras. L. Albertus curolus pro libras quinquaginta. Rufinus de monega de nouis pro libras sexaginta. Iacobus de bono Iohanne pro libris. triginta. Belengerius de strata de nouis pro libris. trigiuta. Ansaldus de caxano pro libris quinquaginta. et Ogerius de caxano pro libris triginta. Actum in istis scalis feliciter.

Interfuerunt testes. Rubaldus gonella. Guido de guallono. Sigebaldus de bagnaria. Martinus delito. Petrus berronus. Bernardus pesatus. Guilelmus rubeus. Caxanus. Brexanus. Vescontus. Guilelmus batcgauigum. et alii. Insuper etiam septimo die exeunte Agusto Venerunt ante predictos consules. Passamons. Albertus

natarel. Anrigatius. et Rolandus creca et eandem finem. datum. refutationem perpetuam et pactum de non petendo fecerunt ipsis consulibus recipientibus nomine et uice predicti communis et in omnibus et per omnia promiserunt et iurauerunt. de habitaculo terdone et aliis rebus supradictis sicuti Opizo fecerat. *m. p. l.* preter de alodio. et de fideiussoribus et de pena ut supra legitur.

Interfuerunt testes. Dominus Ydo. Magister Obertus grassus. et alii quam plures.

Ego Aruerius notarius sacri pallacii. rogatus interfui et hanc cartam iussu predictorum consulum et illorum de moncaprario Scripsi.

Carta concordie facte inter dominum Albertum marchionem malaspine. et nepotes suos.

m. p. l.

Anno dominice incarnacionis. millesimo ducentesimo. duodecimo die exeuntis madii. Indicione tercia. Tale pactum et concordia firmata est et iurata inter dominum. Albertum marchionem malaspinam. et nepotes suos Guilelmum et Conradum et consules terdone. Guilelmum deuotum et albertum de ecclesia recipientes et facientes nomine et uice communis terdone quod ipsi debent tenere consortile in simul de castro moniardini. et de tota ualle bolberie. et manutenere et defendere inter se bona fide et sine fraude et malo ingenio sub pena promissa de duobus milibus librarum. faciendo unusquisque securitatem per dominum Bo marchionem montis ferrati. habendo una queque pars medietatem de toto ipso castro. et pedagio et Bouaria. et de omnibus intraturis de ualle bolberie.

Item predictus dominus Albertus et nepotes tenentur quod facient iurare omnibus hominibus de ualle bolberie tam dominis quam uillanis sacramenta communis terdone de facto moniardini et uallis bolberie. sicuti ipsis marchionibus iurauerunt omnimode.

Actum subter sanctam mariam de puzolo in prato. Interfuerunt testes. Albertus de maniauillano. dominus Ydo. Guasco Falauellus. Iacopus de merlaxino. Ghezo de gropo. ser Caxanus. Rubaldus de fràuea. Gilio de gastaldo. Petrus de corono.

Ego Rufinus notarius. sacri pallacii. secundum quod in breuiario condam Aruerii continebatur hanc cartam. scripsi.

Carta concordie
facte inter alexandriam et terdonam.

Anno dominice incarnacionis millesimo ducentesimo tercio. quarto die exeunte martio. Indicione. sexta. In ciuitate alexandrie. In Palatio consulum eiusdem ciuitatis. Nicholaus de fore. Cuuradus de ocimiano. Paganus de puteo. Obertus nata. Vbertus de fore. Iohannes gratonus. Mussus de sambuello. Balduinus de la turre. Rufinus de bellono. Guido de plouera. Iacobus de tebaldonis. Guilelmus de pelatis. Buca fura. Manfredus de guascis. Magister Silus. Rufinus de curnilia. consules alexandrie nomine et uice communis alexandrie promiserunt et conuenerunt Sigebaldo de domino buscone consuli communis terdone. et Remusso de buxedo consuli populi terdone recipientibus nomine et uice communis terdone bona fide et sine fraude attendere ea que inferius scripta sunt et obseruare. in pleno conscilio alexandrie ad campanam sonatam.

Hec est forma. concordie facte inter homines de alexandria siue cessarie. et homines terdone. silicet quod homines alexandrie promittunt et iurant esse ciues terdone de cetero. et quod manutenebunt. saluabunt et gubernabunt. et custodient ciuitatem terdone

et omnes homines habitantes in ea. ut proprios ciues. et omnes possesiones eorum munitiones et castra. que quasue nunc tenent et possident. et que et quas de cetero acquisierint secundum infrascriptum modum. et homines omnes qui sunt uel erunt de iurisditione uel districtu eorum prout proprios adiuuabunt. et manutenebunt. defendent et saluabunt. et pro eis facient pacem et guerram omnibus hominibus et locis quibus ipsi terdonensses facient in emendo. equos et arma. et faciendo exercitus et caualcatas secundum quod per se fecerint uel ipsis terdonensibus placuerit. et quod non facient pacem uel treguam recrerutam cum illis cum quibus ipsi guerram fecerint sine eis. et cum potestas uel consulatus in alexandria fuerit. consul uel potestas iurabit regimen utriusque ciuitatis equaliter et communiter. et omnes qui iurabunt eorum sequelam potestatis uel consulis terdone sequelam iurare facient. Versa uice homines terdone promittunt et iurant esse ciues alexandrie. et quod manutenebunt saluabunt. et gubernabunt et custodient ciuitatem alexandrie. et omnes homines habitantes in ea prout proprios ciues. et omnes possesiones eorum munitiones et castra que quasue nunc tenent et possident. et quod pro alexandria pacem uel guerram uel fossata uel communi alexandrie faciunt et facere debent seu facient per conuentiones et cartas inter se factas et habitas et que quasue de de cetero acquisiuerint secundum infrascriptum modum. et omnes homines qui sunt uel erunt de iurisditione

et districtu eorum ut eiues proprios adiuuabunt. manutenebunt. defendent. et saluabunt. et pro eis facient pacem et guerram omnibus hominibus et locis quibus ipsi facient. emendos equos. arma. et faciendo exercitus et caualcatas secundum quod per se fecerint. et eis placuerit. et quod non facient pacem. uel guerram. uel treguam recrerutam cum illis cum quibus guerram fecerint sine eis. et cum potestas uel consulatus in terdona fuerit. consul uel potestas iurabit regimen utriusque ciuitatis equaliter et communiter. et omnes qui eorum iurabunt sequelam. potestas uel consulatus alexandrie sequelam iurare facient. et specialiter promittunt et iurant quod adiuuabunt alexandrinos ad acquirendum episcopatum aquensem et que in eis priuilegiis continentur. et acquisitum manutenebunt et retinebunt. Modus acquisitionis talis est. Videlicet quod quicquid acquisitum fuerit per commune utriusque ciuitatis in toto committatu terdone uel episcopatu uel extra. quod episcopus uel ciuitas uel aliquis ciuis consueuerit tenere a sexaginta annis infra. totum terdone sit acquisitum. et quicquid in episcopatu aquenssi uel alexandrino uel extra fuerit per commune utriusque ciuitatis acquisitum, quod episcopus uel ciuitas alexandrie uel aliquis ciuis alexandrie consueuerit tenere. a sexaginta annis infra. totum sit alexandrie acquisitum. et quod aliunde insimul fuerit acquisitum. sit commune utriusque ciuitatis. et equa lance diuident. defendent. et manutenebunt. et hec omnia ut supra legitur omnes ciues utriusque

ciuitatis a quarto decimo anno usque ad septuagesimum annum singulis annis iurabunt semper et de cetero firmum tenere et obseruare. et si quod additum fuerit. pro communi utriusque ciuitatis tenebunt sicut in superioribus capitulis. et hec omnia supradicta predicti consules alexandrie iurauerunt attendere et obseruare bona fide et sine fraude ut supra legitur si deus illos adiuuet et illa sancta dei euangelia. unusquisque manu propria. et idem sacramentum fecerunt omnes credendarii. unusquisque propria manu.

Nomina credenderiorum sunt hec. Rufinus nata. Otto Lanza uentula. Manfredus de fore. Nata ursi. Rubeus de parma. Obertus de Soldano. Rufinus de sancto michaele. Guilelmus de fenubio. Rufinus straca. Vgo tenca. Manfredus gualionus. Rufinus taurus. Rufinatius. Balduinus de guasonis. henricus balbus. Rufinus scascauellus. lecataurus. henricus rauarius. Rubaldus nicia. Rufinus de guala. Obertus fantinus. Boierius. Guilelmus belletus. Girolinus ualnazanus. Barata de for. Vbertus medalia. Bellotus. Moyses. Mussus capoarius. Rainerius bucadelac. Rufinus testa. Rufinus nata de bergolio. Girardus bauosius. Henricus mussus. Anselmus de amo. Anselmus rubeus. Iohannes pauelionus. Arnaldus Iatacius. Silus grassius. Maurus de quilio. Petrus scriba. Maurus scaraboccus. Volmannus. Benzo leua oculis. Gamondius falarmous. Rufinus senex. Balduinus. de ottone bono. Guido de bonello. Iohannes petenarius. Ardezonus de porticibus. Albertus de bonello. Petrus de ginello.

Albertus de enciis. ser Bonellus. Rufinus canefius. Vgo gaforius. Albericus ronga. Iohannes tres soldi. Bonifatius de inuraldis. Henricus de axasa. Opizo de iacobo. Petrus guercius. Rufinus de grifo. Guastauinus de rouoredo. Vgo iudex. Magister Silus. Rufinus afaturatus. Iacobus guercius. Ogerius de pagino. Actum in alexandria feliciter.

Interfuerunt testes. Villanus saluaticus. Guilelmus de ser sthephano. Rubaldus de fore. Nolesius.

Ego Vescontus imperialis aule notarius hanc cartam Iussu istorum consulum et credentiariorum Scripsi.

Carta pactionis et conuentionis
facte inter terdonam. et mediolanum.

Anno dominice natiuitatis. millesimo. ducentesimo. tercio. indicione sexta. decimo die exeunte iunio In terdona. ad honorem patris et filii et spiritus sancti. Forma pactionis atque conuentionis facte inter terdonensses ex una parte. et mediolanenses ex altera in posterum perpetuo obseruande super strata negotiatoribus mediolani danda. et indempnitate prestanda. et pedagio seu toloneo dando hec est.

In primis uidelicet quod negotiatores mediolani. et eius districtus atque totius iusisditionis qui modo sunt uel pro tempore deinceps erunt. euntes per directam et solitam stratam terdone. uel per castrum nouum. aut aliunde si fuerit a communi terdone assignata sine fraude soluere debeant pro pedagio siue toloneo in terdona siue eius districtu seu iurisdictione. nominatim silicet a ponte allonis usque crennam montis cuchi. et ultra. si terdone iurisdictionis uel districtus essent. tum denarios uiginti et tres papiensis. monete. pro soma maiori et grossa. et denarios uiginti pro soma minori et minuta. et denarium. I. serrauallo pro singulis somis tam maioribus quam minoribus et non

plus aliquo modo. tam pro pedagio communis terdone seu toloneo quam marchionum. et militum et opidanorum omnium qui habent uel habere possent uel habere consueuerint pedagium uel toloneum in terdona uel districtu. seu iurisditicione. se libere et secure predicti negotiatores admodo in antea. omni tempore cum rebus et personis uadant et reuertantur per predictam stratam solitam et rectam terdone. aut per aliquam predictarum a communi terdone assignatam pro tempore nullo alio pedagio uel toloneo prestito. set totias alterius pedagii. seu tolonei. uel exactionis quod uel quam hinc retro ipsi negotiatores prestiterint. uel prestare consueuerint per ciuitatem terdone. uel eius districtus. et iurisdictionis. et nominatim a prestatione denariorum quadraginta. et quinque uel pluris quod prestari consueuerat pro soma grossa. et denariorum uiginti octo uel pluris. seu minus quod prestari consueuerat pro minuta. deinceps sint immunes et absoluti. et quod commune terdone amodo ullo tempore per se uel per suum missum uel per aliam quamcumque personam. non tollet uel colliget. nec tollere uel auferre seu colligere permittet alicui ex predictis negotiatoribus mediolani uel eius districtus. et iurisdictionis. infra predictos confines. et nominatim in terdona. et toto eius districtu seu iurisdictione. pedagium uel toloneum ultra prefixam quantitatem pro qualibet soma aliquo modo quod dici uel excogitari posset. set negotiatores per stratam illam euntes uel redeuntes

sine fraude uel per aliquam aliarum predictarum ab omnibus hominibus defendet saluabit et custodiet bona fide et sine fraude. et si per stratam illam uel aliquam predictarum ex quo foret a communi terdone eis assignata ipsi negotiatores euntes uel redeuntes sine fraude dampna fuerint perpessi. uel passi infra dictos confines. et in toto terdone districtu et iurisdictione. predicta seu ablata commune terdone bona fide infra dies octo recuperare teneatur. et illi uel illis cuius uel quorum fuerint restituere. alioquin de toto pedagio comunis terdone dampna illa plenarie ei uel eis qui passus uel passi fuerint restituet. uel intro pedagium illud personam illam uel personas mittet. donec sibi satisfactum fuerit declarata quantitate extimacionis. rei predicte per iusiurandum eius qui rem ipsam amiserit. et hoc ita si persona suspitione careat. Si uero suspecta fuerit persona. tunc differatur restituitio si res recuperari non possit. donec ille qui dampnum passus est litteras communis mediolani uel consulum negotiatorum ad consules terdone pro remouenda suspitione detulerit. et tunc demum litteris delatis restitucionem. extimacionis rei amisse per sacramentum suum declarate consequatur secundum prefixam formam. Que omnia predicta Bulgarus iudex. Sigebaldus Busconi. Aruerius de ausona. Iohannes pascemasnata. Burgarus Ydonis. Guidoto falauel. Guilelmus Ambrosii terdone consules communis. Cunradus de sarzano. Guilelmus granonus. Obertus scopel. Remussus de busceto. Ru-

baldus opizoni consules populi terdone. nomine communis ipsius ciuitatis et populi. promiserunt omni tempore et modis omnibus attendere et obseruare domino Guidoni Borro. et Iacobo Iudici de brixio communis mediolani legatis nomine et ad partem communis mediolani sibi stipulantibus sollempniter. et domino Guilelmo medico consuli negotiatorum ad partem uniuersitatis negotiatorum omnium mediolani et eius iurisdictionis. stipulanti. et Ottoni scrizo et Iohanni diano qui erant in antea. et prefecti negotiatorum ianue commorantium. sibi et prefatis negotiatoribus stipulantibus. uersa uice ipsi Guido et Iacobus nomine communis mediolani. et Guilelmus medicus consul negotiatorum et alii suo nomine et communis seu uniuersitatis negotiatorum istis consulibus stipulantibus predictum pedagium soluere. et in ea prestatione commune mediolani. et negotiatores tacitos et contentos esse et permanere omni tempore promiserunt. Vnde due carte uno tenore rogatus fieri.

Interfuerunt testes. rogati. Guifretus grasellus. Guilelmus granonus. Rainerius fadella. Vgo de palenzona. et alii.

Octauo die intrantis iulii sequentis. In camera communis mediolani. et in presentia Bergamini. domini Ydonis iudicis testibus. presentibus durus de gauaza iudex et uicarius. domini Sacellini saccorum mediolani potestatis. presentibus et approbantibus quibusdam consciliariis mediolani. uidelicet philopolanteria cirione.

Iacobo pernicis. Inblauado grasso. Guidone faroldo Robacunte de bandello. Opizone cumino. et aliis sapientibus dixit nomine et uice communis mediolani. et confessus fuit domino Remusso de buxeto consuli et legato communis ad partem terdone stipulanti sibi potestate. et sapientibus mediolani. totum illud placere et firmum habere. quod supra factum et ordinatum scriptum est in terdona a sapientibus mediolani istis.

Ego Vbertus notarius sacri palatii. rogatus Interfui et hanc cartam scripsi.

Carta castri de puzolo.

Anno dominice natiuitatis millesimo ducentesimo quinto. die quinto decimo intrante iulio. die ueneris. Indicione octaua. In terdona. in ecclesia maiori. In communi credentia terdone ad campanam sonatam. coram manfredo de osa potestas. terdone et domino Burgaro iudice et uicario ipsius potestatis. et consulibus de populo. Iohanne de mediolano. Guidone curolo et petro de carlaxe. laualcaconte. et petro falauello. Bonifatius et Bergunzius. et Rainerius domini de Nazano fecerunt in manibus iste potestatis. et consulum populi uice communis terdone omnem finem et refutationem et datum. et pactum de non petendo iste potestati. et consulibus et toti credentie et toto eo quod ipsi habent aliquo modo in puteolo del gropo. et de honore castri de puteolo. et de curia ipsius et pertinenti ipsius castri et specialiter de toto eo quod ipsi receperunt a iozolo et fratre suo. preter de alodio si ipsi haberent ipsum antea ibi. Item isti fratres promiserunt iste potestati et consulibus et toti credentie quod de cetero non accipient aliquid de ipso castro uel ipsum castrum uel aliquid de honore ipsius castri. et de curia ipsius castri. a isto Iozolo uel a suo fratre. uel ab aliqua alia

persona. et promiserunt quod facient idem facere fieri suo fratri henrico grosso.

Interfuerunt testes. Sigebaldus domini Busconis. Iacomus de misererio. Artonus corsus. Nata. Vincentius saltarius. Lambertus de Rubaldello. Vgo buxa cerrus. Petrus de morlaxe.

Ego Obertus notarius sacri palatii Interfui et rogatus hanc cartam tradidi et scripsi.

Carta Iozoli et Nicolai fratris eius de puzolo del groppo.

Anno dominice natiuitatis. millesimo. ducentesimo. quinto. die quinto decimo intrante iulio die ueneris. Indicione. octaua. In terdona in eclesia maiori. In communi credentia terdone ad campanam sonatam coram manfredo delosa potestas. terdone. et consulibus de populo Iohanne de mediolano. Guidone curolo. petro de carlaxe. Caualconte. et petro falauello. et domino Burgaro iudice uicario iste potestatis. Iozolus et Nicholaus fratres de puzolo del gropo positi. confitendo quod quicquid iuris habent in castro uel in curia ipsius puzoli. non possint uendere uel donare. uel aliquo modo infeudare uel obligare. uel aliquo titulo obligationis in aliquam personam in toto uel in parte transferre. nisi per parrabolam et uoluntatem consulum terdone seu potestatis. et totius credentie. uel maioris et sanioris partis ad campanam sonatam. et ita promiserunt in manibus istorum potestatis et consulum. et totius credentie. Ibidem isti fratres con-
m. p. l. stituerunt se possesores castri nomine communis terdone Insuper promiserunt quod nullum datum nullam inuestituram nullam alienationem fecerant de

ipso castro. uel de curia nec in toto nec in parte. nec aliquo modo facient. Que omnia isti fratres ut supra dictum est iurauerunt esse uera. et ita attendere et obseruare. nec aliquo modo contrauenire.

Interfuerunt. testes. Sigebaldus Busconis. Iacomus de misererio. Artonus corsus. Nata. Vicentius. Lambertus notarius. Vgo buxa cerrus. Petrus de morlaxe.

Ego Obertus notarius sacri palatii interfui et rogatus hanc cartam tradidi et scripsi.

Carta domini ottonis marchionis de bosco.

Anno dominice incarnacionis millesimo ducentesimo sexto. septimo die intrante februario. Indicione. nona. In ecclesia maiori. In credentia ad campanam sonatam. Dominus Turchus de fontanella potestas. terdone, conscilio credentie reddidit domino Ottoni marchioni de bosco tres partes medietatis de bosco pro pretio centum decem et septem librarum. quas ipse Marchio reddidit communi terdone nomine illius uenditionis quam fecerat ipse marchio communi terdone. secundum quod continetur in instrumento inde facto per manum magistri oberti notarii qui dicitur de casellis. quod instrumentum relegit de. cc. libris. quas tres partes ipse marchio tenebat in feudum a communi ciuitatis terdone. et nunc tenet. Vnde dominus otto tradidit domino Turcho potestate. nomine communis terdone dominium illarum trium partium quas tenebat in feudum a communi terdone. et nunc in presentiarum recepit in feudum illas tres partes quas olim tenebat ante uenditionem factam secundum quod continetur in ista carta. promittendo ipse marchio iste potestati nomine. communis terdone nulli alii

uenditas. alienatas. neque obligatas. nec de cetero illas tres partes uel aliquod ius quod commune ciuitatis terdone in eis habebat. uendet tradet. nec obligabit. neque in feudum dabit alicui persone. aliter quam uasallus facere debeat et restitutio siue reditio istarum trium partium tali pacto et tali lege facta est. quod commune ciuitatis terdone retinet in se dominium. et ius in integrum sicuti olim habebat. et in feudum tantum isto marchioni tres partes iste medietatis inuestiuit. faciendo homines de bosco de istis partibus communi terdone exercitum. iter. et fossata. saluo omni iure et omni ratione quod uel quam commune terdone modo habet. uel in preterito habuit aliquo modo. in isto bosco. quod ius et quas rationes commune terdone retinet in se consensu et uoluntate isti marchionis. et in credentia predictus marchio receptis istis partibus medietatis in feudum a communi terdone iurauit ad sancta dei euangelia fidelitatem communi terdone in presentia iste potestatis. secundum morem et ordinem fidelitatis. et iurauit ad sancta dei euangelia quod non uetabit castrum bosci communi terdone guarnitum siue scaritum.

Actum in terdona feliciter.

Interfuerunt testes rogati. dominus Iohannes iudex. Petrus astexanus. Obertus scopellus. Iohannonus mala parabola. Guidotus falauel. Azo borrel. Ghegius curolus. Opizo Rubaldi. Albertus barata. Burgarus iudex: Guido de uiqueria. Orilonus grassus. Sigebaldus domi-

ni Busconis. Magister Obertus de casellis. Burgarus domini Ydonis. Obertus suauis. Iacobus de milano.

Ego Rufinus notarius sacri palatii interfui et hanc cartam rogatus Scripsi.

Carta Oberti de darnisio
et Vbaldi fratris eius.

Anno dominice natiuitatis millesimo ducentesimo sexto. Indicione nona. Nono die exeunte iulio. In potestaria domini Turchi de fontanella qui tunc erat potestas ciuitatis terdone. et ante portam castri de darnisio. Dominus Obertus de darnisio et dominus Vbaldus fratres ad honorem dei et communis terdone iurauerunt quisque manu propria in presentia domini Opizonis de poca sal qui tunc erat consul populi terdone nomine et uice iste potestatis et communis terdone ad sancta dei euangelia attendere et obseruare omnia precepta que dominus Turchus potestas. terdone uel consules qui nunc sunt uel pro tempore fuerint eis fecerint. uidelicet credere eum uel eos de bono ciuitatis terdone et quod non uetabunt castrum darnisii communi terdone guarnitum nec scaritum. et quod facient ex illo castro pacem et guerram ubi commune terdone uoluerit. saluo omni honore domini episcopi terdone. Item iurauerunt quod ipsi facient rationem sub potestate. uel consulibus ciuitatis terdone qui nunc sunt uel pro tempore fuerint. Item iurauerunt ire in exercitu et in itinere. et in caualcata ubi commune

terdone uoluerit. et dare Iuuaticum iste ciuitati terdone. et facere omnes alias res sicut ciues terdone faciunt bona fide et sine fraude.

Isti sunt consules castri de darnisio qui fecerunt illud idem sacramentum quod isti domini fecerunt. Guilielmus ferrarius. Iohannes de casa noua.

Isti sunt homines istorum dominorum de darnisio qui fecerunt illud idem sacramentum quod suprascripti domini et consules fecerunt. In primis Bernardus de ponte. Bernerius de podio. Guilelmus puliensis. Vbertus de suza uilla. Rufinus de bosco. Gandulfus de suza
m. p. l. uilla. Iohannes de caleua. Rel de posul. Guilelmus de ronco Longo. Guaramacus. Obertus de belegno. Cazus de casanoua. Obertinus de monte. Balesterius. et Iohannes uetus.

Interfuerunt testes. Iohannes iudex. Azo saluaticus. Albertus de cartesegna. Girardus de sauegnono.

Ego Odonus notarius sacri palatii interfui et hanc cartam precepto iste potestatis et consulum populi Scripsi.

Carta illorum de sauegnono qui iurauerunt fidelitatem communi terdone.

Anno dominice incarnacionis. millesimo ducentesimo septimo. Indicione decima: Primo die intrante Iunio. In terdona presentia infrascriptorum rogatorum testium. Caput uitelli de sauegnono. et girardus atque Ogerius iurauerunt fidelitatem communi terdone pro illo feudo quod ipsi tenebant a communi terdone quod feudum est denariorum. tres in pedagio iam dicti communis. et fuerunt confessi supra scripti quod habebant iam dictum pedagium in se totum. et hanc fidelitatem fecerunt salua fidelitate domini Opizonis terdonenssis episcopi et comitis. et plura instrumenta inde fieri debent.

Interfuerunt testes. Ydo iudex. Sigebaldus domini Busconis. Rubaldus gaforius. Petrus de carlaxe. Amicus Ambrosii. Bernardus de maluina.

Ego Rainerius imperialis aule notarius interfui et hanc cartam. rogatus Scripsi.

Carta asalliti de moniardino.

Anno dominice natiuitatis millesimo ducentesimo decimo. Primo die Kalendarum Agusti. Indicione. tercia decima. In terdona. Asallitus de moniardino in presentia domini Ottonis de mandello potestas terdone iurauit ad sancta dei euangelia stare in omnibus preceptis iste potestatis de illis offensionibus quas ipse uel homines sui pro se uel cum aliis ciuitati terdone uel eius districtui fecerant. et pro illis offensionibus quas condam a tempore sue podestarie cura fecerat. restituit ipsam potestati et commune terdone. in parte illa quam commune terdone in castro muniardini uel in curia ipsius castri erat solitum habere. uel habere debebat uel umquam habuit. et partem suam dat in fortia et possesione iste potestatis. et communis terdone. Item iurat Asallitus et homines sui saluare et custodire omnes homines terdone qui in ipso castro muniardini fuerint in auere et in personas et partem ipsius castri communis terdone et suam quam in fortia et possesione communis terdone ponit ad honorem et utilitatem ipsius communis terdone. Item tenetur asallitus et homines sui quod si aliquod insultum factum esset in castro moniardini. uel in curia ipsius castri ab

aliquibus personis defendere homines terdone qui in ipso castro fuerint in rebus et personis et adiuuare. et ipsos illesos conseruare. Item tenentur si scirent uel sentirent quod aliquis uellet tractare malum ipsius castri uel hominum qui essent ibi quam citius poterint manifestabunt castellanis uel potestati. uel alicui qui locum castellanorum obtineret. Item tenetur *m. p. l.* Asallitus quod pro se nec pro suis hominibus non dabit ullo modo opem nec conscilium castellanis nec hostibus terdone. Item tenetur si sciuerit quod aliquis suorum hominum tractaret auferre castrum moniardini uel seruientibus terdone qui ibi affuerint quod debet eum dare in fortia potestatis. si autem dare non poterint. debet ipsum et res suas penitus bandizare. Item tenetur dare medietatem turris castri de moniardino communi terdone. dando ei commune medietatem de expensis in ipsa turri factis. Item promisit *m. p. l.* Asallitus quod non habet contrauenire omnibus istis sub pena de duobus milibus libris. ab eo iam dicte potestati loco et uice communis terdone promissis Obligando inde iste potestati loco et uice communis terdone omnia sua bona habita et habenda. Item tenetur Asallitus quod non habent intrare *m. p. l.* castrum moniardini nisi prius fecerit securitatem communi terdone de ipsis duabus milibus libris pro istis omnibus attendendis. Versa uice hec sunt conuenta et pactiones que uel quas ista potestas facit Asallito. Iurant omnes credentiarii quod ipsi habent saluare et

custodire ipsum Asallitum et homines suos in moniardino. et in curia moniardini in aucre et personis. Item ista potestas. et credentiarii remittunt ipsi Asallito et hominibus suis omnes offensiones quas condam a tempore sue podestarie citra fecerant. et homines suos absoluit. et specialiter ipsum de suo banno in quo ipsum et homines suos pro facto illius guerre posuerat. et illud idem remittit consanguineis suis. silicet Simoneto et fratri. et eorum hominibus et Iacobo de camaro. et hominibus ser manfredi iurantibus sicut Asallitus iurauit. Item tenentur isti credentiarii quod habent inuestire ipsum Asallitum de pedagio quod habet in terdona cum omni honore sicut condam erat solitum inuestiri. faciendo fidelitatem communi terdone. sicut condam consueuerat. Item tenentur isti credentiarii quod habent restituere ipsum Asallitum in parte sua moniardini infra quindecim dies postquam habebunt pacem cum hostibus suis cum quibus nunc guerram habent. nisi sua parabola remanserit. Item tenentur quod si non habuerint pacem in podestaria iste potestatis. quod illud idem iurare facient potestati. uel consulibus qui post se uenerint. Item tenentur infra scripti credendarii quod non facient pacem cum marchione. nisi marchio prius restitueret eum in sua parte moniardini. et in feudis que ab eo tenebat. in moniardino et in eius curia. nisi sua remanserit parabola. Item promiserunt infra scripti credentiarii quod non habent contrauenire omnibus ab ipsis factis sub pena de tribus

milibus libris ab ipsis iam dicto Asallito promissis. Obligando ei pignori quisque pro toto omnia eorum bona habita et habenda. Item tenentur quod facient illis de pobleto. et de perci et de bagnaria si potuerint facere istam securitatem. de tribus milibus libris. Item ista potestas. et credentiarii concesserunt ipsi Asallito et uxori interim stare in caminata cum illis personis que eis seruire debent. Interfuerunt testes. Vincentius saltarius. Gregorius. Hengelerius ise. et Iohannes de benagia.

Eodem anno et mense quarto die intrante Agusto. De quibus omnibus suprascriptis ab ipso Asallito attendendis. Amedeus tortus constituit se fideiussorem in libris. ducentis. Bregunzius de sarzano in libris centum. Iohannes de milano in libris centum. Rodulphus falauellus in libris. centum. Ansaldus condam ogerii de caxano in libris. ducentis. Guilelmus de sarzano in libris. centum. Ronorinus in libris. centum. Rufinus curolus in libris. centum. Rubaldus malpaxutus in libris. ducentis. Henricus naterii in libris. ducentis. Rufinus de mussis in libris. centum. et Ghego curolus obligauit prefato Asallito pedagium suum pro libris. centum. et ipse Asallitus obligauit eum pignori domino Guidoni Iudici loco et uice communis terdone accipienti. et ita isti fideiussores attendere iurauerunt. Obligando inde domino Guidoni iudici loco et uice communis terdone accipienti omnia eorum bona habita et habenda.

Interfuerunt testes. Squarzonus. Iohannes de artono Ba-

zacus. Vicentius. Aimericus de tacono. et Obertus de puzolo.

Eodem anno isto et mensi insequenti die quinto die intrante Agusto. Guilelmus granonus et henricus de ualle mala constituerunt fideiussores quisque pro libris. ducentis. et ita attendere iurauerunt. Obligando pignori isto Guidoni iudici omnia eorum bona sicut predictus Asallitus obligauit sua. et plura instrumenta eiusdem tenoris fieri debent.

Interfuerunt testes. Guido curolus. Iohannes de artono. Guasco falauellus.

Ego Iohannes notarius sacri palatii Interfui. et hanc cartam tradidi et scripsi.

Nomina credendariorum sunt hec.

Rubaldus malpaxutus. Squarzonus. Rouedus pascemasnata. Allegrus de porta. Ardezonus uescontus. Vgo dolius. Rodulfus falauellus. Obertus. de puzolo. Bazacus. Otto berrugii. Albertus barata. Dominus Ydo. dominus Nicholaus. Bernardus menbrutus. Burgarus de sala. Gilio de calcinaria. Guidetus curolus. Rufinus de agulasca. Crauiada. Gandulfus de guidone bono. Petrus alzatus. Girardus de monpolono. Iacobus misererii. Azo Rouedus. Iacobus zopus. Fulco de agulasca. Rouorinus. Rubaldus de montemerlo. Carbonus. Opizo bagii. Rufinus scopellus. Claputius de carlazio. Henricus naterii. Ballonus. Henricus falauellus. Iohannes pegasepis. Iohannes de sala. Iacobus de gambaria. Girardus

naparius. Guilelmus Ambrosii. Balduinus azonis. Iacobus ferrarius. Rubaldus de opizone. Bregunzius de sarzano. Pecius. Iozolus. Allegrus de milano. Henricus granonus. Rodulfus de milano. Rufinus malpaxuti. Aruerius de uiqueria. Anfusius. Boterius pili. Henricus ganderii. Bonifatius de porta. Otto de bedercio. Rubaldus gaforius. Amicus suauis. Aimericus ambrosii. Prepositus de uo. Gandulfus musus. Remusius. Bragatus.

Carta illorum de belforte.

Anno dominice incarnacionis millesimo ducentesimo decimo. die undecimo intrante agusto. Indicione tercia decima. In communi contione ad campanam sonatam. Opizo de belforte et Rufinus eius consanguineus ambo iurauerunt ad sancta dei euangelia stare in omnibus preceptis domini Ottonis de mandello potestatis. terdone. et hoc est preceptum quod potestas. facit eis. In primis quod opizo et Rufinus debeant dare castellum siue castella et homines suos quandocumque eis petiuerit. infra unum mensem quod pax erit. et hoc dabit potestas. siue illi qui fuerint loco potestatis. uel alicui de ciuitate terdone qui esset in loco potestatis. Item quod debent defendere et adiuuare omnes homines terdone et de districtu terdone in eorum podere. Item si sciuerint quod aliquis tractaret uel meditaretur malum communis terdone. bona fide et sine fraude uetabunt. et si uetare non poterunt. potestati terdone uel illi qui esset in loco potestatis. denuntiabunt. et hoc preceptum fecit eis potestas sub
m. p. l. pena sexcentum librarum pro qua pena opizo et Rufinus obligauerunt pignori iste potestati. uice communis terdone omnia eorum bona habita et ha-

benda. de qua pena Guasco falauel constituit se fideiussorem pro eis. in libris ducentis. Rodulfus falauel in libris. centum. Ardezonus uesçontus in libris. centum. Henricus gualterii falauelli precepto patris in libris. centum. Rubaldus malpaxutus in libris. centum. renuntiando omni auxilio legum et inde unusquisque obligauit pignori iste potestati loco et uice communis terdone omnia sua bona habita et habenda. saluis securitatibus et instrumentis olim ab antecessoribus isti opizonis et Rufini et ab ipsis communi terdone factis. Simili modo Bernardus de belforte iurauit ad sancta dei euangelia stare in omnibus preceptis domini ottonis de mandello potestatis. et hoc est preceptum quod potestas ei facit. in primis quod ipse Bernardus dare debeat castellum siue castella et homines suos quandocumque ei peciuerit infra unum mensem quod pax erit. et hoc dabit potestati. siue illi qui fuerit loco potestatis. uel alicui de ciuitate terdone qui fuerit loco potestatis. Item quod debet defendere et adiuuare omnes homines terdone et de districtu terdone in suo podere. Item si sciuerit quod aliquis tractaret uel excogitaret malum communis terdone. bona fide et sine fraude uetabit. et si uetare non poterit. potestati terdone uel illi qui esset loco potestatis denuntiabit. et hoc preceptum fecit ei potestas. sub pena. c. librarum. pro qua pena Bernardus obligauit *m. p. l.* pignori iste potestati. uice communis terdone omnia sua bona habita et habenda. Interfuerunt testes. Iohan-

nes iudex. Guasco de monte morixino. Iohannes de brone. et duzardus de la porta.

Ego Iohannes notarius. sacri palatii. hanc cartam. Scripsi.

Carta illorum de sauegnono.

Anno dominice incarnacionis millesimo ducentesimo decimo. die duodecimo intrante agusto. Indicione. tercia decima. In garbagna. in platea iuxta ulmum in contione publica terdone. In presentia domini ottonis de mandello potestatis terdone. Caput uitelli de sauegnono. et Ogerius. et Guilelmus eiusdem loci de sauegnono iurauerunt ad sancta dei euangelia stare in omnibus preceptis iste potestatis de illis offensionibus quas pro se uel cum aliis ciuitati terdone uel eius districtu aliquo modo fecerant a tempore sue podestarie citra. et sequimentum iste potestatis. sicut Asallitus de moniardino iurauerat iurauerunt.

Interfuerunt testes. dominus Henglesius. Rodulfus falauellus. Sigebaldus de domino Busco. Guilielmus de sarzano. et Reitanus.

Ego Iohannes de bronno. notarius sacri palatii interfui et iussu suprascripte potestatis hanc cartam scripsi.

Carta illorum de moniardino.

Anno dominice incarnacionis. Millesimo ducentesimo decimo. tercio die exeunte Agusto. Indicione tercia decima. Ad honorem communis terdone. Isti sunt illi de moniardino qui iurant ad sancta dei euangelia stare omnibus preceptis domini Ottonis de mandello potestatis terdone omnimode sicut potestas ei consignauit. et sicut iurauerat dominus Asallitus. et in carta inde facta continetur. Vbaldus de monteboro consul moniardini. Guilelmus de sancto laurentio. Iacopus de camaro. Albertus de crauie. Girardus de alborneto. Iohannes de salario. Viuandinus de sancto laurentio. Guauterius de uneo. Henrigerius de casotana. Rubaudus de sancto laurentio. Girardus de casotana. Scarciabafa. Girardus de lauagia. Item. isti sunt illi de grondona et eius castellancia qui iurauerunt iam dicto domino Ottoni potestati terdone sicut continetur in breue sue fidelitatis et stare omnibus suis preceptis. Bellonus de pie. Guidetus de bellono. Guilelmus grammaticus. Petrus de boraxio. Ogerius de boraxio. Rufinus de pie. Arduinus de uergagno. Guilelmus de uigo. Iohannes de figino. Guilelmus de faie. Rubaldus filius Guilelmi. Item martinus de ualle mala castellanus reuelli iurauit

ad sancta dei euangelia stare omnibus preceptis iste. potestatis. et iurauit ei fidelitatem sicut isti et saluare et custodire homines terdone et districtu in auere et personis. et eos recipere in iam dicto castro si eis opus fuerit. et manutenere et defendere bona fide. et quod non debet uetare castrum reuelli guarnitum siue scaritum iam dicte potestati uel eius certo misso.

Actum iuxta castrum moniardini.

Interfuerunt testes. Dominus Andriotus. Rouedus Pascemasnata. et Squarzonus consules populi. Guasco falauellus. Rufinus scopellus. Ghezo curolus. Iohannes Artoni granoni. Gualterius falauellus. Henricus denaterio et alii plures.

Ego Rufinus notarius sacri palatii interfui et hanc cartam rogatus scripsi.

Carta illorum de sauegnono.

Anno dominice incarnacionis. millesimo ducentesimo. decimo. primo die intrante septembri. Indicione tercia decima. Presentia domini Ottonis de mandello potestatis terdone. Girardus et Corbellus de sauegnono iurauerunt ad sancta dei euangelia stare omnibus preceptis iste potestatis de illis offensionibus quas quondam a tempore sue podestarie citra ciuitati terdone uel districtui aliquo modo fecerant. et sequimentum iste potestatis. sicut Sigebaldus domini Busconis iurauerat. et ibidem ista potestas precepit eis quod ipsi de cetero debeant saluare et custodire omnes ciues terdone intus et foris. et si scirent quod aliquis homo uel aliqua persona uellet tractare seu aliquod impedimentum facere alicui ciui terdone uel de districtu. bona fide uetabunt. et eos adiuuabunt. et quod de cetero contra commune terdone non uenient.

Actum in terdona feliciter.

Interfuerunt testes. Sigebaldus domini Busconis. Ydo suauis. Petrus de carlaxio.

Ego Albertus notarius sacri palatii interfui et iussu iste potestatis. hanc cartam scripsi.

Carta simonis de moniardino.

Anno dominice incarnacionis millesimo ducentesimo decimo. quarto decimo die exeunte septembri. Indicione tercia decima. Simon de moniardino iurauit ad sancta dei euangelia stare et obedire preceptis domini Ottonis de mandello potestatis terdone de omnibus offensionibus quas ipse seu homines sui fecerunt communi terdone tempore sue potestarie sicut Asallitus de moniardino fecerat. et eo tenore. et specialiter quod ipse habet custodire et saluare castrum montisiardini. et homines terdone ad honorem et comodum communis terdone. et specialiter in curia montis iardini. et omnes honores quos commune terdone habet in castro montisiardini et in curia eius. contra omnes homines iurauit saluare et guardare. et si sciuerit quod aliquis homo uoluerit auferre communi terdone castrum montis iardini. uel aliquem honorem quem commune terdone habet in curia montis iardini. ipse debet uetare ad suum posse. bona fide et sine fraude. et facere scire debet qui modo sunt uel pro tempore fuerint. Actum in peradiso ante ecclesiam maiorem feliciter.

Interfuerunt. testes. Asallitus de moniardino. Rubaldus de montemerlo. Guasco falauellus.

Ego Vescontus imperialis aule notarius. hanc cartam iussu iste potestatis scripsi.

Carta de aquisto puzoli.

Anno dominice incarnacionis millesimo ducentesimo decimo. Indicione tercia decima. In terdona primo die mensis nouembris. Dominus Otto marchio de bosco renuntiando exceptioni non numerate pecunie fuit confessus se accepisse quatuor centum libras denariorum. bonorum. papiensium. a domino Ottone de mandello potestate terdone. nomine et uice communis terdone. pro quibus denariis. finito pretio uendidit ac tradidit ad proprium medietatem pro indiuiso per alodium. scilicet. castrum et uillam puzoli cum omni integritate et iurisditione. et districtum et comittatum et curia ad eundem castrum et uillam pertinentem. et cum omnibus albergariis. successionibus Pastis. Toloneis. rosiis. Angariis. Parangariis. et cum omnibus terris cultis et incultis. ripis et ruuinis. Venationibus Piscationibus aqueductis. pascuis. et cum omnibus uasallis. et pedagiis iam dicto marchioni pro isto castro et uilla et curte pertinentibus. In integrum. et aliam medietatem isti castri et uille quam tenent illi de ouillo et Obertus canis in feudum eodem modo et tenore et cum eiusdem rationibus et pertinentiis ut supra dictum est in totum. Insuper dedit et tradidit iste potestati no-

mine communis ferdone omnia iura realia et personalia. et actiones reales et personales que uel quas habet uel habere posset in loco puzoli in uilla et in castro. et curte et uasallis. et hominibus ipsius loci et districtus. Eo modo quod iam dictum commune habeat et teneat omnia ista ut dictum est et scriptum et ordinatum omnia cum omnibus ad istum marchionem in isto loco et uilla et curte et districtu pertinentibus In Integrum. et faciat a presenti die in antea per alodium iure proprietario nomine quicquid uoluerit sine contra-
m. p. l. dictione i marchionis. suorumque heredum. et cum omni sua suorumque heredum legittima defensione. ab omni homine cum ratione et restitutione pro temporis meliorationem in pena dupli. cum stipulacione subnixa. et pro euictionem iam dicte uenditionis obligauit ei omnia sua bona pignori habita et habenda. Renontiando omni iuri quo posset se tueri uel agere aliquo tempore. si esset deceptus ultra dimidiam iusti precii. in toto nec in parte. Insuper manu sua propria iurauit ad sancta dei euangelia quod ista omnia ut dictum est per alodium detinebat. et quod de ista uendicione. nulla uenditio obligatio. alienatio. datio. alicui facta est. que iam dicto communi noceat. et quod
m. p. l. de ipsa uenditione. non habet agere nec causari commune. aut cui dederit. et si briga uel contentio aliqua exinde ei apparuerit. semper in legittima defensione stare habet. ab homine omni cum ratione ut supra legitur in integrum. et quod hanc uenditionem

firmare faciet filiis et nuribus si deus illum adiuuet et illa sancta dei euangelia.

Interfuerunt testes. Sigebaldus de busconis. Obertus iudex. Iohannes de Artono. lambertus notarius. Albertus de campo. Otto longus.

Ego Sigebaldus imperialis aule notarius interfui et hanc cartam. rogatus tradidi et scripsi.

Carta possesionis puzoli.

Anno dominice incarnacionis millesimo ducentesimo decimo. Indicione tercia decima. secundo die intrante nouembri. In loco puzoli Dominus Otto marchio de bosco dedit corporalem possesionem domino Guidoni ranfo et uicario domini Ottonis de mandello potestatis terdone nomine et uice communis terdone de castro puzoli et de uilla et curte et districtu. et de omnibus uasallis et de omnibus rebus feudatis et infeudatis. et de omnibus hominibus isti loci et de omnibus rebus mobilibus et immobilibus. et de omnibus rationibus ad ipsum marchionem in isto loco et per ipsum locum pertinentibus in integrum.

Interfuerunt testes. Bulgar iudex. Aruerius de ausona. Guido de uigueria. Obertus Canis. Guifredus de ponzano.

Ego Sigebaldus imperialis aule notarius interfui et hanc cartam rogatus. scripsi.

Carta filiorum domini ottonis de bosco.

Anno dominice incarnacionis millesimo ducentesimo decimo. Indicione tercia decima. octauo die intrante nouembri. In terdona Dominus Turchus et Dominus Albertus fili domini Ottonis de bosco iurauerunt manibus propriis ad sancta dei euangelia firmam tenere illam uenditionem quam pater eorum dominus Otto fecit communi terdone de loco puzoli. et de castro et uilla et curte et districtu secundum quod in instrumento uenditionis continetur. et quod de cetero de illa uenditione in toto nec in parte inquietare habent nec molestare commune terdone nec cui dederit. et si briga uel contentio ei apparuerit. in legittima defensione stare debent ab omni homine cum ratione. in pena dupli.

Interfuerunt testes. Nicholaus de Armelina. Tedisius cachus. Rubaldus malpaxutus.

Ego Sigebaldus imperialis aule notarius interfui et hanc cartam rogatus scripsi.

Carta dominorum de darnisio.

Anno dominice incarnacionis millesimo ducentesimo decimo. Indicione tercia decima. In glaria iuxa Belegnanum. dominus Obertus de darnisio et Vbaldus frater eius iurant sequimentum potestatis terdone. et iurare debent omni anno. et facient pacem et guerram pro communi terdone contra omnes homines saluo domino episcopo. exercitum et iter facient pro communi terdone. et consulariam facient fieri pro communi terdone in isto loco darnisii sicuti faciunt in aliis locis. et facient dare omni anno iuuaticum omnibus hominibus darnisii. et eius castellarie communi terdone. et ipsi dominus Obertus et frater et sui heredes facient omni tempore rationem pro communi terdone in ciuitate terdone. et omnes. homines de darnisio et eius castellarie facient rationem sub communi terdone de illis quecrimoniis que essent de iis facte in terdona ab aliqua persona. Item promittunt quod nullum datum fecerunt marchioni nec alicui alii de castro darnisii et hominibus et curia. et pro his omnibus et aliis obseruandis et attendendis obligauerunt eidem potestati nomine communis terdone omnia sua bona. et specialiter illud quod habent in episcopatum

totum. De facto fossati se committunt in domino episcopo. et ista potestas promisit quod faciet dominum episcopum remittere eis omnes offensiones quas fecissent ei a tempore guerre citra. et hec omnia promiserunt et iurauerunt attendere et obseruare. et non contrauenire.

Interfuerunt testes. dominus Albertus marchio. de gauio. Asallitus de moniardino. Gaudinus de muiono. Guidotus falauellus. Guelfus merellus. Azo rouedus. Aruerius de ausona. Cunradus de sarzano.

Ego Sigebaldus imperialis aule notarius interfui et hanc cartam rogatus tradidi et scripsi.

139

Carta domini Cunradi marchionis malaspine.

Anno dominice incarnacionis millesimo ducentesimo decimo. Indicione tercia decima. quinto die exeunte nouembri. In glaria iuxta Belegnanam. dominus Cunradus marchio malaspina fecit finem et refutationem domino Thedisio de monte acuto et Oberto de darnisio et Vbaldo eius fratri de omni aquisto quod fecit in monte acuto et in grimiasco. et in darnisio quoquo modo. fecisset et in istis locis et in eorum districtu a tempore guerre incepte citra. istis domino Thedisio. et Oberto. et Vbaldo ibi presentialiter existentibus. Ibidem dominus cunradus et ista potestas in tali concordia fuerunt in simul. de consortili uallis bolberie. silicet quod promiserunt se ad inuicem quod quisque habeat ibi sicut ordinatum fuit inter dominum Albertum marchionem malaspinam et commune terdone hoc saluo quod dominus Cunradus habeat licentiam mittendi Asallitum in castro moniardini in sua parte uel alium quem uellet sicuti continetur in iam dicta concordia
m. p. l. domini Alberti et ordinamento. et ita iurauit marchio et ista potestas attendere.

Interfuerunt testes. Dominus Albertus de gauio. Asallitus de moniardino. Gaudinus de niuiono. Guidotus

falauel. Guelfus merellus. Azo rouedus. Aruerius de ausona. Cunradus de sarzano.

Ego Sigebaldus imperialis aule notarius interfui et hanc cartam rogatus tradidi et scripsi.

Carta Oberti de darnisio et Vbaldi fratris eius.

Anno dominice incarnacionis. millesimo ducentesimo decimo. Indicione. tercia decima. tercio die exeunte nouembri. In terdona in publica contione ad campanam sonatam. Obertus de darnisio et Vbaldus frater eius manibus propriis iurauerunt stare sine ullo tenore in omnibus mandatis domini Ottonis de mandello potestatis terdone. nomine comunis terdone de omnibus offensionibus quas ipsi fecerunt communi terdone in tota potestaria. iste potestatis. Eo modo quod illa precepta omnia que iam dictus dominus Otto potestas terdonae eis fecerit rebus et personis. attendere et obseruare habent si deus illos adiuuet et illa sancta dei euangelia. Insuper iurauerunt sequelam iam dicte potestatis.

Interfuerunt testes. Otto barata. Guidotus falauel. Rubaldus de montemerlo. Dominus Bulgarus de sala. Albertus barata. et multi alii.

Ego Sigebaldus imperialis aule notarius interfui et hanc cartam. iussu iste potestatis. scripsi.

Carta domini Thedisii de monte acuto.

Anno dominice incarnacionis millesimo ducentesimo. decimo. Indicione tercia decima. ultima die nouembris. In terdona. In publica contione. Dominus Thedisius de monte acuto manu propria iurauit ad sancta dei euangelia sine ullo tenore stare omnibus mandatis domini Ottonis de mandello potestatis terdone nomine illius de omnibus offensionibus quas ipse fecit communi terdone in tota sua potestatia. Eo modo quod omnia precepta que ipse ei fecerit. rebus et personis attendere et obseruare habet si deus illum adiuuet et illa sancta dei euangelia. Insuper iurauit sequelam iam dicte potestatis.

Interfuerunt testes. Rubaldus Opizonis. Dominus Henglesius. Dominus Ydo. Otto barata.

Ego Sigebaldus imperialis aule notarius Interfui et hanc cartam iussu iste potestatis scripsi.

Carta Asalliti de moniardino.

Anno dominice incarnacionis. millesimo ducentesimo. decimo. Indicione tercia decima. tercio decimo die intrante decembri. In terdona. In credentia terdone. Asallitus de moniardino promisit domino Ottoni de mandello potestati terdone nomine communis terdone quod ipse permittere habet tenere et possidere communi terdone quiete et sine molestia totum illud quod commune terdone habet in castro moniardini. et in eius curia et districtu. et quod ab hodie usque ad unum annum permittere habet stare castellanum communis terdone in caminata moniardini cum duobus sotiis. et si commune terdone uellet leuare caminatam unam in isto castro et turrim unam. opem et conscilium dabit communi terdone ad leuandum. ita quod non teneatur aliquod expendere de suo. Ipsa turri leuata si commune terdone uoluerit mittere unum turrexanum in ipsa turri noua mittere debet. et Asallitus in alia alium. ita quod ambo turrexani communiter iurent communi et Asallito. et si contigerit quod castrum moniardini diuideretur. cuilibet liceat suum turrexanum mittere in sua parte. qui iurent saluare Asallitum et commune. et ille turrexanus qui modo est

iurare debet communi terdone et Asallito communiter. et hec omnia ut supra legitur Asallitus *m. p. l.* iurauit attendere et obseruare sub pena stipulata librarum. mille. et pro his omnibus attendendis et obseruandis obligauit. eidem potestati nomine communis omnia sua bona. et specialiter pedagium quod habet in terdona. et castellanus communis debet iurare saluare Asallitum in isto castro. et curte.

Interfuerunt testes. Rouedus pascemasnata. Ianuarius de montemerlo. Sigebaldus busconis. Guido bonus. Guido rufus.

Ego Sigebaldus imperialis aule notarius interfui et hanc cartam rogatus. scripsi.

Carta lanfranchi de clapa.

Anno dominice incarnacionis. millesimo ducentesimo. decimo. Indicione tercia decima. Interdona presentia domini Ottonis de mandello potestatis terdone. Lanfrancus de clapa iurauit propria manu stare mandato et mandatis suprascripte potestatis nomine communis terdone de illa intrata quam fecit tempore guerre in castro darnisii. et de eius sequutione secundum quod Cunradus de sarzano et alii milites terdone iurauerunt.

Interfuerunt testes. Opizo de opizono. Albertus pochetel. Henricus de ualle mala. et multi alii.

Ego Sigebaldus imperialis aule notarius interfui et hanc cartam rogatus scripsi.

Carta sacramenti quod faciunt castellani de serrauallo.

Anno dominice incarnacionis millesimo ducentesimo undecimo. quinto die intrante ianuario. Indicione quarta decima. In terdona dominus Aruerius consul terdone pro se et sotiis suis consulibus precepit mihi Alberto notario. quod facerem tale instrumentum uoluntate credentie. Hoc est sacramentum quod faciunt castellani de serauallo. Ego castellanus de serrauallo iuro ad sáncta dei euangelia bona fide et sine fraude custodire et saluare in auere et personis et in honore castrum de serrauallo. et totam eius curiam et totum honorem illius loci. et de montecuco. et de precipiano. et de uaranella. et de pumpegnano. et de summa ripa omnibus modis et omnia illa que sibi pertinent ad honorem et proficuum et utilitatem communis terdone. et omnia placita que ante me fuerint. ego bona fide et sine fraude faciam et iudicabo per rationem uel per consuetudinem ciuitatis terdone uel illius loci. uel si placuerit partibus per conuenientiam. et si aliquis uoluerit uenire terdonam ad faciendum uel ad petendum rationem sub consulibus terdone. ego non prohibebo a uiginti solidis supra. set de placitis a uiginti solidis infra constringam ad faciendam rationem ibi. Item

nullus castellanus possit se mouere de castro quod alius non remaneat ibi. et si alius qui remanserit uoluerit alicubi ire. relinquat ibi bonum scontrum in uoluntate consulum terdone. Item aliquis de castellanis nullomodo debeat iacere in uilla. vel in loco serrauallis nisi in castro nec possit facere ultra tres noctes extra castrum de serraualle nisi per parabolam consulum terdone. Item banna homicidiorum de libris. L. nec ferutas cum sanguine nec sine sanguine non auferam per me nec per meum nuntium. et si sciuero aliquem qui faciat consulibus terdone manifestabo nec aliquod bamnum auferam in predictis locis nisi in serrauallo. et in summa ripa. et in illis duobus locis nullum bannum auferam. nisi illud bannum de quo uenero in concordia cum consulibus de serrauallo. et cum credentia ipsius loci et hoc tantum usque in uiginti solidos. aut a uiginti solidis. infra. ferutas et malefitia que in omnibus predictis locis erunt. ego manifestabo consulibus terdone per me si potero uel per meum nuntium. Item seruientes et turrexanum et ego met guarnitos de armis ordinatis et preceptis a consulibus secundum quantitatem statutam ibi tenebo et stabo. Guaitas per seruientes bona fide equaliter diuidam. faciendo guaitare unum de omnibus cuiuslibet castellani sicut unus aliorum. et illos secundum quod preceptum michi fuerit guaitare et custodire faciam ipsum castrum tam in die quam in nocte. Item nullum de seruientibus seu de aliis personis que ibi stabunt non permittam

ludere ad ludum in quo aliquod lucrentur uel perdant. et hoc in castro nec in castellario. nec in uilla. nec citra castrum per unum miliarium. nec permittam quod pignorent arma aliqua. uel aliquod guarnimentum. et si aliquis illorum contra ista ueniret. ego auferam ei. V. solidos. in qualibet uice per bannum quos sibi non reddam in toto uel in parte aliquo modo qui erant castellanorum. et ego nec per me nec per aliam personam de ipso castro uel de auere seu de personis. uel de honore diminuere non permittam. nec prodicionem uel felloniam uel dampnun uel detrimentum ipsius castri non faciam. et si sciuero aliquem qui facere uelit. bona fide prohibebo nec facere permittam. uel consulibus manifestabo quam citius potero. et castrum serrauallis guarnitum et desguarnitum consulibus terdone de communi uel de populo. uel communi terdone nullomodo prohibebo. set semper in eorum uoluntate dabo. et consignabo. et omnia ista faciam et attendam usquequo durabit tempus mee custodie. et tantum plus quantum ego amplius custodirem. saluo adhuc si isti consules uoluerint aliquid addere. uel minuere uel mutare. uel corrigere. et inde plura instrumenta eiusdem tenoris fieri debent.

Interfuerunt testes. Vincentius. et Caput ferri.

Ego Albertus notarius sacri palatii interfui et rogatus hanc cartam. scripsi.

Carta illorum de puzolo.

Anno dominice incarnacionis millesimo ducentesimo undecimo. die tercio decimo intrante ianuario. Indicione quarta decima. In puzolo in publica contione ad campanas sonatas. In presentia consulum communis terdone. silicet Aruerii de ausona consulis communis. et Bernardi de guido bono consulis populi. et Allegri de milano Ambaxatoris isti communis Vniuersi homines de puzolo dixerunt et manifestauerunt et confessi fuerunt
m. p. l. istis consulibus nomine et uice communis
m. p. l. quod commune habet in puzolo omnes infradictas albegarias annuatim. In primis fuerunt confessi quod Iohannes pelatus et eius fratres et nepotes debent dare annuatim isto communi unam albergariam. Item quod bagnonus debet isto communi. unam aliam albergariam annuatim. Item quod Armanus debet annuatim isto communi medietatem unius albergarie. Item quod filius condam Iohannis de aqua cum suis consortibus debent annuatim unam albergariam. Item quod manfredus gallus debet annuatim isto communi medietatem unius albergarie in una parte. in alia parte debet annuatim nouenam partem unius albergarie. Item quod filius condam fulchonis de oddone debet isto communi an-

nuatim unam albergariam in una parte. et in alia parte debet aliam mediam albergariam. Item Anselmus boxus et gener eius debent annuatim isto communi in una parte unam albergariam. in alia parte debent aliam mediam albergariam. Item petrus uetulus cum bonello et cum nasello debent annuatim isto communi unam albergariam. Item Arnulfus et eius frater debent isto communi unam albergariam. Item Anselmus Adalasie et frater eius debent annuatim isto communi unam albergariam. Item ecclesia sancti martini debet annuatim isto communi unam albergariam. quarta pars minus. Item ecclesia sancti marciani debet annuatim. isto communi albergariam unam. Item Otto ritius debet annuatim isto communi unam albergariam. Item uxor marenchi debet annuatim unam albergariam. Item Iohannes corsus annuatim unam albergariam. Item Bernardus claputius annuatim tres partes unius albergarie. Item Rubaldus gauinus cum fratre suo debet annuatim unam albergariam. Item Ablatice ueiardi debent unam albergariam. Item Iohannes bixigus debet annuatim medietatem unius albergarie. Item fulcho de sauegnono et filii. et Guido de fumia et eius nepotes debent annuatim unam albergariam in una parte. et in alia parte aliam mediam albergariam. Item Iohannes claputius cum girolino debent annuatim quartam partem unius albergarie. Item Iohannes claputius debet annuatim quartam unam albergarie in alia parte. Item Fillii de rubeco debent annuatim unam mediam albergariam.

Item Gualterius pelizarius debet annuatim nouenam partem unius albergarie. Item restagna debet annuatim quartam partem unius albergarie. Item illi de nanfo de castro nouo debent annuatim mediam albergariam. Item uiuianus de urba debet mediam albergariam. Item Guilelmus sachetus annuatim debet quartam partem unius albergarie. Item Vgo bos debet annuatim unam albergariam. Item super podere de rugniis habet commune annuatim unam albergariam. Item dixerunt quod ille qui dat albergariam istam isto communi debet annuatim ipsi communi starium unum siliginis. et debent dare ad comedendum duobus hominibus et duobus equis de pallea. et si post datam istam albergariam domini uenirent in ipsam uillam supradicti homines qui dant albergariam. debent dare hospitium equis. et debent dare eis. ad comedendum de pallea. Item dixerunt quod talis consuetudo est quod si illi de puzolo qui dant albergariam uenirent ad paupertatem uel si iuerint de terra dominus debet uenire ad poderium si non foret aliquis qui daret albergariam. Item dixerunt quod talis consuetudo est de successione omnium rerum quas possident quod nullus homo potest dare aliquid alicui a consubrino infra nisi per uoluntatem communis. Item fuerunt confessi quod duzellus debet dare annuatim pro ficto ipsi communi denarium unum. Item quod albertus ceuolarius debet duodecim denarios. Item murrus et Guilelmus zegus. et mussus debent communi annuatim unam spallam. et duos capones. et duos pa-

nes tantum. et commune debet dare ad comedentum illi qui portabit eos domum. Item Anselmus adalasie debet annuatim denarium unum. et Otto Ricius unam minam frumenti omni anno. Item Arnulfus denarios xii. omni anno pro ficto. Item Iohannes claputius debet denarium unum. Item scotus debet denarium unum. Item Bonifatius de flandia debet duos denarios. Idem taxarolus debet denarium unum. Item Vgo et Henricus de crauiada debent duos denarios. Item filius Guilelmi creste debet denarium unum. Item Bernardus marsilie debet denarium unum. Item Rainerius de uasallo debet denarium unum. Item merlus debet unum denarium. Item picina unum denarium. Item uillanus debet duos denarios. Item Anselmus adalasie et eius fratres denarium unum.

Iste sunt terre quas ipsi dixerunt quod commune terdone habebat in puzolo. In primis habet staria vi. terre que iacet in casalis. Item habet unam prosam que iacet ad catalupum. Item habet staria vi. terre que iacet ad gazum. Item habet duas pecias terre que iacet in cento. Item unum boscum. qui iacet in pradarina. Item habet unum sedimen quod iacet prope sedimen Rubaldi de puzolo. Item parum unius sediminis quod fuit lafranchi coalie. Item habet aliud sedimen quod iacet prope sedimen petri nigrelli. Item habet staria quatuor terre que iacet in rio gagi. Item habet staria tria terre que iacet in cauallino. Item habet staria tria terre que iacet infra crucem uetulam.

Item habet unam segaritiam et mediam prati quod iacet in prato staluerito. Item habet v. segaritias prati quod iacet in tarina. Item dixerunt quod istud est fructum paruum silicet quod consules puzoli debent dare annuatim isto communi. pro uno porco solidos vi. et tria modia. siliginis ad starium puzoli. et duo congiauini salua ratione illorum qui non debent dare infroeto. Item dixerunt quod istud est frodum regale. silicet quod quando dominus Imperator intrauerit uel uenerit in lombardiam ueniendo de alamannia homines de puzolo debent dare isto communi terciam partem centum librarum.

Isti sunt illi qui debent facere fidelitatem communi terdone pro illis terris quas ipsi tenent in puzolo. et in eius territorio ut ipsi manifestauerunt ipsis consulibus In primis Richecius de puzolo dixit quod pastorii sunt vii. uidelicet Pastorius pelatus. et Guilelmus eius frater. et manfredus eius frater. et Pastorinus eius nepos. et Rufinus eius consanguineus. et Rodulphus pastorius et Anselmus eius frater. omnes predicti debent facere istam fidelitatem ut dicebat.

m. p. l.

Item Anselmus adalasie dixit quod henricus de urbe debet eam facere ipsi communi. et filius surlioni. et filius scorte. et filius pastorii de casallo. et Caualerius de gamundio cum suis consortibus et Rufinus milexodi de gamundio. et Rufinus gaitus isti loci. et filius pipini isti loci. et filius Ottonis nauonis de marenco. et Palmexani de ruuureto. Albertacius et eius filiis. et

filius nicholai de palma. et filii Rufini de marenco. Bernardus Rufini. et Bernardus henrici calcamugii. et Guidobonus de marenco. Iacomus guidonis tegnie. Rufinus eius frater. Lafrancus uille. Ansaldus uille. Iosolus de uilla. et eius frater Albertus. Iohannes de terre. filii condam belengerii de uacha. et Scurzabos de marencho. Bernardus saccus de marencho.

Interfuerunt testes. Presbiter opizo. Tetus linarolus. Allegrus de milanno.

Ego henricus notarius sacri palatii rogatus. interfui duas cartas unius tenoris iussu istorum consulum et hominum et per eorum uoluntatem in concordia scripsi.

Carta illorum de grondona.

Anno natiuitatis domini millesimo ducentesimo undecimo. Indicione quarta decima. sexto die intrante septembri. In castro grondone. In presentia domini Aruerii de Ausona consulis ciuitatis terdone. et domini Azonis rouedi consulis populi terdone. Iurauit dominus Thebaldus cagna. et Guilelmus uentriculus. et Henricus pauesii. et Boquesanus et Manfredus bastardus et Rufinus. et Albertus. et omnes milites et Rustici de facto marchionum. et de castro grondone et de strata. et de discordia que uertitur inter eos et dominos arquade stare omnibus preceptis et ordinamentis predicti Aruerii. et Azonis rouedi et aliorum consulum ciuitatis terdone qui modo sunt presentes aut pro tempore fuerint. et quicquid ipsi preceperint uel ordinauerint. aut pro amore aut pro concordia. aut aliquo alio iure. prenominati milites omnes grondone et rustici sub suo sacramento et sub pena promissa ducentum librarum. papiensium. obseruare et attendere promiserunt. obligando pignori omnia sua bona habita et habenda cum stipulatione subnixa.

Actum in ecclesia castri grondone,

Interfuerunt testes. Rubaldus malpaxutus. Guilelmus de uairana. Iohannes de crauiada. Asallitus de moniardino.

Ego Bertramus sacri palatii. notarius rogatus. hanc cartam tradidi. et scripsi.

Carta alexandrie.

Anno dominice incarnacionis millesimo ducentesimo undecimo. Indicione quarta decima. die martis sexto intrante septembri. In alexandria. et in ecclesia maiori. Dominus drudus marcellus potestas. Alexandrie. In credentia eiusdem ciuitatis collecta ad campanam sonatam. consilio ipsius credentie nomine et uice communis alexandrie promisit magistro Oberto de casellis nuntio communis terdone nomine et uice communis terdone stipulanti quod commune ciuitatis Alexandrie. claudet et uetabit Ianuas. et terre eorum stratas omnium uictualium grani et leguminum. et si opus fuerit et placuerit conscilio ciuitatis terdone toti uel maiori parti aliquo modo in perpetuum. et quotiens opus fuerit. ipsas stratas clausas tenebit. et prohibebit bona fide. et sine fraude donec fuerit uoluntas conscilii ciuitatis terdone. *m. p. l.* dominus Drudus potestas et conscilium inde ut supra hanc cartam fieri rogauere isto die et loco feliciter.

Interfuerunt testes rogati. dominus Otto de orto iudex communis Alexandrie. ciuis mediolanensis. Albesius saltarius. et Rainicinus saltarius.

Ego Iacobus sacri palatii. notarius. rogatus. interfui et han cartam tradidi et scripsi.

Carta domini Sigebaldi de Bagnaria et Thedisii de monte acuto et oberti de darnisio et fratris eius Vbadi.

Anno dominice natiuitatis millesimo ducentesimo undecimo. Vltimo die decembris. Indicione quarta decima. In credentia terdone ad campanam sonatam. Dominus Sigebaldus de bagnaria et dominus Thedisius de monte acuto. Obertus de darnisio et Vbaldus eius frater omnes isti iurauerunt ad sancta dei euangelia sequimentum consulum terdone sicut dominus Cunradus de sarzano iurauerat. et quod habent attendere et obseruare precepta eorum sicut alii ciues terdone. Insuper dominus Sigebaldus de bagnaria iurauit de facto grimiaschi sicut
m. p. l. is dominus Thedisius iurauerat. et hec omnia supra scripta isti omnes sponte iurauerunt et sine districtu aliquo.

Actum in ecclesia maiori terdone feliciter.

Interfuerunt testes. Albertus de roxano. Opizo de misererio. Gilio de calcinaria. et Guilielmatius.

Ego Iohannes notarius sacri palatii interfui et hanc cartam scripsi.

Carta fidantie date
negotiatoribus mediolani.

Anno dominice incarnacionis. millesimo. ducentesimo. tercio decimo. Indicione prima. terciodecimo die intrante aprili. die sabati. In terdona in maiori ecclesia. Dominus spinus de suresina potestas terdone consensu et uoluntate consulum populi uidelicet Guidonis boni. Carene. et Opizelli. et totius credentie collecte ad campanam sonatam dedit fidantiam et securitatem domino Falcono scacabarotio. et domino Guilfredo pictori consuli negotiatorum mediolani. et ambaxatoribus mediolani recipientibus eorum nomine et nomine omnium hominum mediolani et eius districtus. eundo. et redeundo per stratam terdone eis assignatam per commune terdone et saluare eos in rebus et personis promisit. et si dampnum aliquod receperint predicti mediolanensses in predicta strata. quod deus aduertat. ista potestas promisit eis illud dampnum restituere. secundum quod continetur in istrumento ultimo facto inter terdonensses et mediolanensses.

Interfuerunt testes. Iacobus zopus. Lantelmus petri Iohannis.Sescalcus.Rubeus de bono pane. Fulcho fornaxarius. et alii. et inde due carte unius tenoris scripte sunt.

Ego Iacobus sacri palatii notarius. interfui. et hanc cartam scripsi.

In nomine domini Amen. Nos papienses. Iuramus saluare et custodire ciuitatem terdone masculos et feminas et res eorum. earumue. et ecclesiarum terdone. et de eius districtu. et specialiter Wilielmum de palote. si ipse nobis iuuare uoluerit. ut ciuis terdone. Et hinc in antea pacem terdonensibus tenebimus. bona fide. et sine fraude. nec de cetero laborabimus quod ciuitas terdone destruatur a nobis nec ab aliquo homine. Sed bona fide iuuabimus terdonam de suis guerris sumptibus nostris. et uiuam guerram cum omnibus inimicis terdone. cum populo et militibus sine fraude faciemus. Nec pacem. nec finem. nec guerram recredutam. cum eis absque terdona faciemus. Concordiam cum mediolano. et cum placencia. absque terdona non faciemus. Nec de cetero accipiemus castellanos episcopatus terdone nec habitatores ipsorum et omnes castellanos suos quos olim accepimus. terdonensibus renuntiamus. Presertim illos de pozolo. et illos de monte morisino. et de bagnaria. et illos de sarzano. et de casiano. et de se ualle. et de montecuco. et de arquadra. et de monte alto. et illos de grondona. et de liprando. et de monte iardino. et de bolego. et de bruxamonaca. et de montebor. et de fabrica et de dernici. et de agolassca. et

de omnibus presertim de sapignono. et de nouo. quod dictum est de istis attendemus de omnibus. Et si predicti uel alii castellani in toto uel in parte uellent resistere terdonensibus. ipsos terdonenses. bona fide. et sine fraude iuuabimus. ad hoc ut iurisdictioni terdone subiaceant. Et si aliquis marchio uellet terdonem in pugnare. terdonam bona fide iuuabimus.

Si uero marchio montisferrati. et marchio malaspina. et marchio anselmus de bosco. guerram terdonensibus fecerint. et ipse marchio montisferrati. et inde sub iudicio consulum papie. et alii duo marchiones quos terdonenses dicunt suos habitatores sicuti papiensium similiter, et consulum terdonensium se se ponere uoluerint. in eos guerram faciemus. et hoc omni fraude remota. Itaem in curiis predictorum omnium et specialiter castelli noui, Açiani. et ponte corioni. nullam rem in mobilem pignori accipiemus. nec aquistum aliquod in feudum nec in alodium in curiis predictorum locorum faciemus. nisi illud forte quod consules terdonem nobis concederent. seu darent pro debito. quod ille cuius res esset nobis dare teneretur. Nec tamen propterea terdonenses eius iurisdictione priuabuntur. Castrum nec aliquam fortitudinem in episcopatu terdone infra predictas coherentias designatas per nos uel per alios de cetero faciemus. Nec bagnolium leuabimus. nec possesiones ecclesiarum terdone que sunt in montanis. Presertim in ual de bolbedra. nec in feudum nec in alodium accipiemus. nisi forte fructus. Sacramenta

que terdonenses qui in suburbio habitabant nobis papiensibus fecerunt. eis remittimus. et totum quicquit nobis papiensibus ab eis promissum fuit. renuntiamus. Nec dabimus opem neque consilium quod terdonensis episcopus. amittat sua castra ab aliquo homine. et possesiones quas nunc habet et tenet. et si quis uellet ea castra. que nunc habet et tenet auferre. ipsum bona fide iuuabimus. Et quicquit ipse habuit in uiqueria a triginta annis infra. ei non auferemus. sed permittemus ei id habere et tenere. Pedagium aliquod eis in terra nostra non' auferemus. nec auferri permittemus. Et eis sine exactione per terram nostram et aquam eundi tribuimus eandem libertatem quam nos et ciues nostri habemus. Si uero illi de palea usque ad mediam quadragesimam per uoluntatem imperatoris de palea egressi fuerint tenebimur quod nullum eis malum inferemus. Et per omne decenium. hec iuramenta reficiemus. si requisitum fuerit. nisi remanserit communi concordia utriusque ciuitatis. hoc autem iuramus salua fidelitate domini imperatoris.

uel fuerint uel eorum nuntio. Nomina quorum dominorum hec sunt. qui iurauerunt. Tignosus. de montaldo. Gan Qualia. Vgolinus. W. pro se. *m. p. l.* et aliis.

Testes. Aruerius. de buxedo. Rufinus saluaticus. Cassianus. Gandulfus musus. Henricus canel. Medius bellus. Martinus saltarius. et alii plures interfuerunt.

Ego iohannes notarius sacri pallatii. hanc cartam sicut inueni in breuiamento georgii notarii. nichil addens uel minuens preter litteram et silabam Scripsi.

uel fuerint uel eorum nuntio. Nomina quorum dominorum hec sunt. qui iurauerunt. Tignosus. de montaldo.
m. p. l. Gan Quaka. Vgolinus. W
pro se. et aliis.

Testes. Aruerius. de buxedo. Rufinus saluaticus. Cassianus. Gandulfus musus. Henricus canel. Medius bellus. Martinus saltarius. et alii plures interfuerunt.

Ego iohannes notarius. sacri pallatii. hanc. cartam rogatus Scripsi.

A MEMBRANA AVTHENTICA
DESCRIPSIT IOSEPHVS VERNAZZA BARO DE FRENEY.

Anno dominice natiuitatis M.CCCXL. indicione VIII. die martis XIII mensis iunii. hora ante terciam. in loco Precipiani. super porta dicti loci ubi fiunt conscilia dicti loci. in pleno et generali conscilio hominum predicti loci. Domini Germanellus de Grimiascho. Graciellus de Opizonibus. anziani partis superioris extrinsece terdone. Cantorellus de buxeto. Iohaninus de buxeto de Montebore. Bonomus de leone. Iacobinus de leone condam domini Thome. Iacobinus de Guidobonis domini Carboni. Conradellus de opizonibus domini Abbayni. et Iacobinus Ratus de opizonibus filius condam domini Azolini. omnes insimul et quilibet eorum in solidum, et per se, ac eciam promittentes se facturos et curaturos quod omnes alii et synguli de dicta parte non nominati impresenti contractu rattificabunt et approbabunt omnia et syngula infrascripta fienda contenta et promissa et promitenda per omnes et syngulos suprascriptos sub ypotecha et obligacione omnium

et syngulorum bonorum suorum et cuiusque eorum habitorum et habendorum. Per solempnem stipulacionem promixerunt et conuenerunt Zuchono clapucio de precipiano syndico et procuratori omnium et syngulorum hominum et communis precipiani, pro dictis commune et hominibus recipienti. ac eciam Iacobo Ghignono. Petro de florina. Francisco de Canoua. Andree dicto Marzario. Iohanni testanigra de Vayrana. Guillelmo de Marchixio. Bauzanino de Gaiono. Auene magistro. Ansermo Bozio. et Perciuallo Garixio. consciliariis dicti loci. et pro se ipsis recipientibus ac eciam nomine et uice omnium aliorum et syngulorum hominum dicti loci et communis ipsius. quod quando ipsi Germanellus. Graciellus. et alii supra nominati. et dicta pars forent in statu et tali posse in ciuitate terdone quod ab inimicis eorum et ab illis de parte soptana de dicta ciuitate in dicta ciuitate possent minime in conscilio ouiari. dictis communi et hominibus dicti loci precipiani et syngularibus personis dicti loci ac syndico suprascripto eorum nomine recipienti restitutionem integram facient et fieri facient de omnibus et syngulis vastis et dampnis factis et yllattis per commune et homines terdone dictis communi et hominibus precipiani in eorum blauis uineis castagnetis ac arboribus quibuscunque, ae eciam fiendis in posterum. et hoc secundum extimum fiendum de dictis blauis uineis castagnetis et arboribus per quatuor bonos uiros super hoc elligendos per quatuor ex hominibus dicti loci et

per allios quatuor ex illis de dicta parte extrinseca. ac eciam operam facient cum effectu predicti. Germanellus. Graciellus. et alii suprascripti quod commune terdone. quando essent in statu tali in terdona. secundum quod supra continetur. restitutionem faciet predictis communi et hominibus precipiani de dictis dampnis et vastis factis et fiendis modo suprascripto. pro toto tempore quo guerram facient ad instanciam predictorum et dicte partis cum commune terdone et alliis personis quibuscunque. et quando dictum commune terdone non restitueret dicta uasta et dampna. quod omnes et synguli suprascripti eorum nominibus et nominibus suprascriptis restitucionem facient a se ipsis predictis communi et hominibus precipiani de dictis dampnis et vastis. quilibet pro sua parte et pro rata secundum quod eis contingeret imparte. Et verssa uice dictus syndicus ac consules et consciliarii. eorum propriis nominibus ac nomine et uice dictorum communis et hominum precipiani eisdem dominis Germanello et Graciello ac alliis suprascriptis eorum propriis nominibus et nomine et uice tocius alterius dicte partis. ac omnium et syngulorum de parte exdem solempni stipulacione promixerunt quod guerram quamlibet et pacem facient ad instanciam predictorum et dicte partis ac capitanei ipsorum et dicte partis. et quod sine licencia expressa dicte partis et capitanei ipsorum. pacem non facient neque treugam nec quoque compoxitionem aliquam cum domino Rege Roberto nec cum aliquibus eius

officialibus nec cum commune terdone nec cum aliquibus alliis personis. imo sequentur banderias predictorum et dicte partis ac capitanei eorum quociescunque ab eisdem et capitaneo eorum fuerint requixiti ad dampnificandum et offendendum omnes et syngulos quos offendere uellent predicti et alii de dicta parte et capitaneus eorumdem. Et quod ipsos et capitaneum eorum ac eciam omnes alios et syngulos de dicta parte diu noctuque. cum preda. et sine. in loco predicto reducere teneantur ad eorum liberam voluntatem tocies quociens intrare et exire uellent de loco et in loco predicto. Et e conuersso dicti Germanellus et Graciellus et alii suprascripti eorum nominibus et nomine et uice dictorum omnium aliorum et syngulorum de dicta parte ac capitanei eorumdem dicto Zuchono syndico ac consulibus et consciliariis loci predicti solempni stipulacione promixerunt nomine eorum et dictorum communis et hominum recipientibus quod non facient
pacem aliquam neque treugam nec quoque aliquam facient compoxitionem cum domino Rege Roberto nec cum aliquibus eius officialibus nec cum commune terdone nec quoque cum aliquibus aliis personis in quibus et qua non ponant dictos commune et homines precipiani. Que omnia et singula suprascripta dicti Germanellus et Graciellus et allii suprascripti eorum nominibus et nomine et uice omnium aliorum et syngulorum de dicta parte. Ac dictus Zuchonus Syndicus et dicti consules et consciliarii eorum propriis nominibus et nomine

et uice dictorum communis et hominum precipiani sibi uicissim solempui stipulacione promixcrunt attendere et obseruare et contra perpetuo non uenire sub obligacione omnium et syngulorum bonorum suorum et cuiusque ipsorum presencium et futurorum uidelicet dicti Germanellus et Graciellus et alii suprascripti eorum nominibus et nomine et uice tocius alterius partis. Et dicti Zuchonus et consules ac conseiliarii eorum nominibus et nominibus dictorum communis et hominum precipiani. Et ultra sub pena florenorum triamillia auri. In quam penam incurrant contrafacientes. et perueniat imobseruantes. Renunciantes omni exceptioni doli mali fraudis in factum et sine causa et omni legum auxilio. Et inde unum et plura instrumenta.

Interfuerunt testes dominus frater Ruffinus Abbas Monasterii Sancti Petri de Precipiano. Frater Henricus Ratus Monachus dicti Monasterii. Henricus Ratus. Rainerius Gatus. Et Symonellus Canellus..

Ego Anthonius Ratus de Opizonibus. filius condam domini Iohannis. imperiali auctoritate notarius. hanc cartam rogatus imbreuiaui tradidi et Scripsi sicut supra.

FINIS CHARTARII.

INDEX

CHARTARII.

INDEX

A

B

C

D

E

F

G

H

I

L

M

N

O

P

Q

R.

S.

T

V

Z

MDCCCXIIII.
AVGVSTAE TAVRINORVM
EXCVDEBAT FELIX GALLETTI.
Facultate obtenta.


CESARE
FIRENZE



